



DIA
35
CCIÓN G



UANL


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®



UANL


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

SUMMA SYNTAXICA

CUM THEMATIS

AD EXERCENDUM.



SUMMA SYNTAXICA

CUM THEMATIS .

AD EXERCENDUM.

AUCTORE

MARIO LAPLANA,

SOCIETATIS JESU SACERDOTE.

PARS PRIMA:

SUMMA SYNTAXICA.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Biblioteca Valverde y Tello

Capilla Alfonsina

Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

FRIBURGI BRISGOVIAE.

S U M P T I B U S H E R D E R.
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.

MDCCCXCIV.

EJUSDEM LIBRARIAE AEDES SUNT VINDOBONAE, ARGENTORATI ET MONACHII
ATQUE IN URBE S. LUDOVICI AMERICANA.

FRIBURGI BRISGOVIAE.

S U M P T I B U S H E R D E R.
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.

MDCCCXCIV.


EJUSDEM LIBRARIAE AEDES SUNT VINDOBONAE, ARGENTORATI ET MONACHII
ATQUE IN URBE S. LUDOVICI AMERICANA.

47084

PA2293

L 3

V. 1



JOANNES GRANERO,
Praepositus Provinciae Toletanae Societatis Jesu.

Q^UUM opus, cui titulus: «Summa syntaxica cum thematis ad exercendum» a P. Mario Laplana, nostrae Societatis sacerdote, conscriptum aliquot patres, quibus id commisimus, recognoverint et in lucem edi posse censuerint, facultatem damus, ut typis mandetur. In cuius rei fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo nostro munitas dedimus.

Matriti, mense Aprili, anno 1894.

(L. S.)

Joannes Granero S. J.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Typis Herderianis Friburgi Brisgoviae.

A. R. P. LUDOVICO MARTIN,
Praeposito Generali Societatis Jesu.


TAM ETSI hunc librum, quia versatur in re valde tenui, intelligo esse indignum, qui Tuae Paternitati dedicetur, tamen, quem summo labore et fortasse non inutili elucubravi, offerre non dubito Patri optimo et de his studiis bene merito.

Accipe igitur benigne hoc qualemcumque munus, quo videlicet memoriam revocare libet temporum illorum, quum mihi in exilio adolescenti Tua conuentione frui licuit, tuoque exemplo ad virtutem et litteras grassari.

M. Laplana.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®

010892



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Prologus.

SI meus hic labor ad tuas manus pervenerit, benigne lector,
quaeres, opinor: quid istuc libri sit, quorsum haec scri-
bantur, quibus praesidiis et cui usui. Recte tu quidem qua-
siveris, deboque tibi satisfacere.

I. Quod sit nostrum propositum.

Nihil est auditoribus grammaticae ad dictionem formandam
accommodatius, quam ut praecepta syntaxica multum ex-
ercendo in usum deducant et auctorum elegantias diu imitando
faciant suas. Quod ut assequantur, necesse est scribendi
argumenta magistrum talia dictare, «quae ad praecepta syn-
taxeos et auctorum imitationem referantur»¹.

Sed quum fieri facillime possit, ut magister, sive egens
tempore sive labore fugiens, themata negligat et argumenta
scribendi parum idonea dicet; ei incommodo mederi posse
videtur hoc opusculum, in quo et themata afferro secundum
praecepta syntaxica et praecepta ipsa subjicio, quibuscum
themata conferantur, et selectos auctorum locos exhibeo ad
studium componendi accommodatos.

Et haec quidem ratio formanda dictionis neminem ar-
bitror esse magistrum grammaticae, cui non vehementer pro-

¹ Ratio stud. Soc. Jesu. Reg. 6. Profess. suprem. gramm.

betur. Compositio enim Latina, sicut ceterae artes, magis constat exercitio quam doctrina praeceptorum. Nam ut ii, qui picturae aut musicae dant operam, utilius tractant penicillum aut inflant tibiam, quam de pingendi canendive artificio audiunt, sic etiam candidatus Latinae compositionis commodius sumit calamum, quam docetur componendi regulas.

Sed ne hae quidem negligenda sunt; nam, ut manca praeceptio est, quae veterum exemplis non firmatur, sic caeca sit necesse est exemplorum via, quae non illustratur praeceptorum face.

2. Quae fuerint partes meae in confiendo hoc libro.

Hunc librum ut scriberem, innumeratas auctoritates diu legendo congessi ex classicis scriptoribus; plurimas etiam ab aliis congestas mutuatus sum, maxime ex Forcellino, Sanctio, Alvaro, Valla, Despauterio, Perizonio, Handio, Guardia et Wierceyskio.

Praecepta facio plura, quam sueverunt vulgo; sed omitto de constructionum causis disputare scriboque omnia nude et quam possum brevissime. Quod siquid, p[re] nos[tra] brevitate, videbitur mancum aut intellectu difficile, id, inspectis exemplis, quae subjicio, auditoque magistro, commodius percipient discipuli, quam si plura a me scriberentur.

Ut vero themata concinnarem, selegi ex classicis scriptoribus plurima argumenta, ubi esset magna varietas rerum et sententiarum. Utque ea tironum exercitio accommodarem, sustuli omnem stili difficultatem: mollivi hyperbati duritiem, complanavi salebras, dedi obscuris lucem, praecidi redundantia, ut possent tirones inoffensa via currere omnemque operam ad solam linguae proprietatem conferre. Nempe ut nutrices

cibum prius mandunt molliuntque, quam infantibus in os inserant, sic ego auctorum argumenta prius liquefacio, quam tironibus tradō ad exercendum.

At si quis me objurgandum censeat, quod auctores tangere ausus sum, fatebor equidem intactos me quondam dictasse auditoribus meis; sed meus in vertendo labor quum asperior opinione tum proposito impar repertus est: non enim valebat tiro dictionem suam ad auctorum normam effingere neque conferre postmodum cum exemplari, propterea quod classicae orationis contextus intricatior saepe est, quam ut tiro assequi possit. Atque illud pejus, quod operam, quam impendere discipuli debuerant ad proprietatem linguae, insumere cogebantur non sine taedio et temporis jactura ad inquirendum de sensu et compagine sententiarum.

Quodsi meus labor detrimentum aliquod intulisse videbitur auctorum elegantiae, id postmodum legendis auctoribus redimetur.

3. Quomodo hoc opusculo utendum sit.

Ratio autem utendi opusculo meo haec esse debet. Tres libri (nam in tres libros dispertivi omnia) simul tradentur: primus mane p[re]aegetur, alter vespere; tertius dictabitur quotidie ad componendum conversus in vernaculum.

Exempla auctorum, quae p[re]ceptis terna plerumque subjicio, tam diu ntiroes versabunt, quoad penitus intellexerint, et, si fieri possit, memoriae mandaverint. Nec contenti memoriae mandavisse nitentur in usum deducere, diu multumque imitando. Quod ut assequantur, indigent professoris magisterio, qui et p[re]cepta, quae a me presse data sunt, pluribus verbis exponat et thema idoneum vertat quotidie in vernaculum dictetque ad componendum.

Ineuntibus hoc studium non sunt tradenda omnia, sed praecipua tantum. Dein, quum reveniatur ad repetenda, quae cognita sunt, adjicientur aliqua nova.

Componere incipientibus dictanda non est perpetua oratio, sed singulae tantum sententiae¹, quas quum formare ad unguem didicerint, licebit gradum faciant ad themata secundi deincepsque tertii ordinis, ubi proponitur ad exercendum perpetua oratio.

Operam tirones dabant, ut dictatum scribendi argumentum plane intelligent idque omnino reddant Latino sermoni, quod vernaculo dictatum est.

Denique, ubi castigandae gratia scriptionis legetur a magistro classicum exemplar, observent diligenter, quemadmodum dicta sint ab auctore Latino ea, quae ipsi dicere emendate non potierunt, et ex eo scriptionem suam castigandam curabunt.

Admonitio.

Ut delectus rerum facile institui possit, distinguuntur asterisco * ea, quae sunt maxime necessaria; cruce †, quae sunt valde utilia. Cetera in eorum gratiam afferuntur, qui syntaxim cupiunt penitus cognoscere.

¹ Abunde invenies in libri tertii capite primo.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX SUMMAE SYNTAXICAE.

LIBER PRIMUS.

CONSTRUCTIO PARTIUM ORATIONIS.

CAPUT PRIMUM.

De concordantiis.

	Pag.
I. Concordantia nominis substantivi	1
II. Concordantia nominis adjективi	2
III. Concordantia pronominis relativi	5
IV. Concordantia verbi	8

CAPUT SECUNDUM.

De constructione.

	11
I. Constructio nominis substantivi	14
II. Constructio nominis adjективi	14
1. Adjectiva cum genitivo	15
2. Partitiva et numeralia	16
3. Adjectiva cum dativo	16
4. Adjectiva cum ablativo	19
5. Adjectiva comparativa	22
6. Adjectiva superlativa	22
III. Constructio pronominis	22
1. Pronomen cum casu	26
2. Pronomen reciprocum	27
3. Reciprocum personale	29
4. Reciprocum possessivum	30
5. Amphibolia in reciproco possessivo	32
6. Amphibolia in reciproco personali	32

IV. Constructio verbi	Pag.
1. Verbum substantivum	33
2. Verba cum genitivo	33
3. Verba cum dativo	34
4. Verba cum altero accusativo	37
5. Verba cum ablativo	40
6. Verba cum ablativo et praepositione	42
V. Constructio participii	44
VI. Constructio gerundi	46
VII. Constructio supini	47
VIII. Constructio ceterorum verbalium	51
IX. Constructio adverbii	52
1. Adverbia generatim	53
2. Adverbia singulatim	53
X. Constructio praepositionis	55
XI. Constructio conjunctionis	61
XII. Constructio interjectionis	76
	84

CAPUT TERTIUM.

De affectionibus partium orationis.

I. Casus	84
1. Nominativus	85
2. Genitivus	86
3. Dativus	88
4. Accusativus	89
5. Vocativus	91
6. Ablativus	92
II. Voces verbi	93
1. Vox activa	93
2. Vox passiva	95
III. Modi verbi	97
1. Modus indicativus	97
2. Modus subjunctivus	98
3. Modus imperativus	99
4. Modus infinitivus	101
IV. Tempora verbi	103

CAPUT QUARTUM.

De quibusdam relationibus.

I. Relatio loci	105
1. Locus <i>ubi</i>	105
2. Locus <i>unde</i>	107

III. Locus <i>quo</i>	Pag.
4. Locus <i>qua</i>	108
5. Locus <i>quorsum</i>	109
II. Relatio temporis	110
1. Tempus <i>quando</i>	110
2. Tempus <i>quamdiu</i>	111
3. Tempus <i>quam dudum</i>	111
4. Tempus <i>intra quod</i>	112
III. Relatio spatii	112

LIBER SECUNDUS.

ORATIONIS FORMATIO.

CAPUT PRIMUM.

De oratione ejusque elementis

114

CAPUT SECUNDUM.

De oratione simplici.

I. Oratio verbi substantivi	115
II. Oratio verbi adjectivi	116

CAPUT TERTIUM.

De oratione pronominis relativi.

118

I. Constructio relativi	121
II. Contractio in participium	121

CAPUT QUARTUM.

De oratione infinita.

123

I. Infinitum generatim	125
II. Infinitum singulatim	126
III. Attractio et rejectio infiniti	131

CAPUT QUINTUM.

De oratione subjunctiva.

133

I. Verba intellectus, linguae et sensus	134
II. Verba dubitativa	134
III. Verba voluntativa et hortativa	136
IV. Verba eventus et convenientiae	138

V. Verba affectiva	Pag. 140
VI. Verba timoris	141
VII. Verba prohibitiva	142

CAPUT SEXTUM.

De ceteris orationis modis.

I. Modus finalis	143
1. Finalis per particulas	143
2. Finalis per participium	145
3. Finalis per gerundium	146
4. Finalis per supinum	147
5. Finalis per infinitum	147
II. Modus causalis	147
1. Causal is per particulas	147
2. Causal is per participium	149
III. Modus conditionalis	150
IV. Modus temporalis	153
1. Temporalis per particulas	153
2. Temporalis per participium	155
3. Temporalis per gerundium	158
V. Modus correlativus	159

Appendices.

Appendix ad n. 84 et 86	162
Appendix ad n. 98	168
Appendix ad n. 130	168
Appendix ad n. 212	169
Appendix ad n. 222 et sqq.	171
Appendix ad n. 249	172
Appendix ad n. 301	172
Appendix ad n. 326	173
Appendix ad n. 330	174
Appendix ad n. 331	174
Appendix ad n. 336	175
Appendix ad n. 347	175

LIBER PRIMUS.

CONSTRUCTIO PARTIUM
ORATIONIS.

CAPUT PRIMUM.

DE CONCORDANTIIS.

I. Concordantia nominis substantivi. — II. Concordantia nominis adjectivi. — III. Concordantia pronominis relatiivi. — IV. Concordantia verbi.

I. Concordantia nominis substantivi.

* I. Substantiva concordant casu (a), licet discordent numero (b) et genere (c):

a.

CIC. Apud Herodotum, patrem historiæ, sunt innumerae fabulae.

CIC. Legimus epistolas Corneliae, matris Gracchorum.

b.

LIV. Pergo ad delendam urbem Vejos.

VIRG. Coridon ardebat Alexin, delicias domini.

c.

CIC. Quid dicam de thesauro omnium rerum, memoria?

LIV. Virgines Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium.

V. Verba affectiva	Pag. 140
VI. Verba timoris	141
VII. Verba prohibitiva	142

CAPUT SEXTUM.

De ceteris orationis modis.

I. Modus finalis	143
1. Finalis per particulas	143
2. Finalis per participium	145
3. Finalis per gerundum	146
4. Finalis per supinum	147
5. Finalis per infinitum	147
II. Modus causalis	147
1. Causal is per particulas	147
2. Causal is per participium	149
III. Modus conditionalis	150
IV. Modus temporalis	153
1. Temporalis per particulas	153
2. Temporalis per participium	155
3. Temporalis per gerundum	158
V. Modus correlativus	159

Appendices.

Appendix ad n. 84 et 86	162
Appendix ad n. 98	168
Appendix ad n. 130	168
Appendix ad n. 212	169
Appendix ad n. 222 et sqq.	171
Appendix ad n. 249	172
Appendix ad n. 301	172
Appendix ad n. 326	173
Appendix ad n. 330	174
Appendix ad n. 331	174
Appendix ad n. 336	175
Appendix ad n. 347	175

LIBER PRIMUS.

CONSTRUCTIO PARTIUM
ORATIONIS.

CAPUT PRIMUM.

DE CONCORDANTIIS.

I. Concordantia nominis substantivi. — II. Concordantia nominis adjectivi. — III. Concordantia pronominis relatiivi. — IV. Concordantia verbi.

I. Concordantia nominis substantivi.

* I. Substantiva concordant casu (a), licet discordent numero (b) et genere (c):

a.

CIC. Apud Herodotum, patrem historiae, sunt innumerae fabulae.

CIC. Legimus epistolas Corneliae, matris Gracchorum.

b.

LIV. Pergo ad delendam urbem Vejos.

VIRG. Coridon ardebat Alexin, delicias domini.

c.

CIC. Quid dicam de thesauro omnium rerum, memoria?

LIV. Virgines Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium.

2. Tamen, si alterum substantivum habeat utrinque generis formam, eligitur commoda:

CIC. Iste homo, acerrimus bonorum expulsor, annum et sex menses nihil petit.

CIC. O vitae dux, expultrix vitiorum, philosophia.

MART. Terrarum dominum pone supercilium.

CIC. Voluptates, blandissimae dominae, animum a virtute detorquent.

† 3. Observa illa:

CIC. Archias se ad scribendum contulit Antiochiae, celebri quondam urbe.

CIC. Milites Albae constiterant, in urbe opportuna.

4. Observa iterum illa, ubi alterum substantivum est genitivi instar:

LIV. Cetera multitudo, decimus quisque ad supplicium lecti¹.

SALL. Capti ab Jugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis objecti sunt.

II. Concordantia nominis adjectivi.

* 5. Adjectiva² concordant substantiis³ genere, numero et casu:

VIRG. Maximus heros maternas agnovit aves.

PLAUT. Utinam aut hic surdus aut haec muta sit.

CURT. Parva scintilla magnum excitavit incendium.

† 6. Adjectiva copulatis concordant plurali numero (a) vel singulari (b):

a.

CIC. Ei sunt adjunctae pietas, bonitas, liberalitas.

¹ Quasi: ceterae multitudinis decimus quisque . . .

² Et quaecumque adjectivorum ritu adhaerescunt substantiis.

³ Aut agentibus vicem substantivorum.

LIV. Hippocrates et Epicydes nati sunt Carthaginie.

CIC. In decemviris neque ego neque Caesar habiti.

b.

CIC. Lex Aelia et Fusia eversa est.

LIV. Pax veniaque ab diis impetrata.

SUET. Jus arbitriumque illi permisum.

7. Si per cum substantiva jungantur, adjectivum plurali numero (a) vel singulari concordat (b):

a.

OV. Ilia cum Lauso de Numitore sati.

JUST. Filium Alexandri cum matre custodiendos mittit.

OV. Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat¹.

b.

CIC. Occisus est cum liberis M. Fulvius consularis.

CIC. Domitius cum Messala certus esse videbatur.

8. Si copulata fuerint variis generis, adjectivum concordat propiori (a) aut nobiliori (b)² aut ponitur neutro genere (c)³:

a.

LIV. Senatus consultum litteraeque in Etruriam missae.

CIC. Plenum forum et basilicas istorum hominum videmus.

LIV. Patres decrevere legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas esse.

b.

TER. Jam pridem pater mihi et mater mortui sunt.

LIV. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes.

¹ H. e.: Hebrum et Strymonem Ismarios.

² Neutrum nobilius habetur praec muliebri.

³ In rebus, non personis.

VARRO. Cererem et Liberum invoco, quod *horum* fructus maxime necessarii sunt.

c.

LIV. Phormii nuntiatum est portam murumque de coelo tacta.

CIC. Moderati habitus affectionesque *apta* sunt ad naturam.

LIV. Naturā *inimica* sunt libera civitas et rex.

9. Etiamsi res copulatae sint ejusdem generis, licet dari neutrum:

SALL. Ni virtus fidesque vestra *spectata* mihi forent.

CIC. Stultitia et temeritas et intemperantia sunt fugienda.

† 10. Collectivis dare licet adjективum plurale:

VIRG. Titania *pubes* fulmine *dejecti*.

LIV. Fit concursus *populi* mirantium, quid rei esset.

LIV. Propalam in foro ingens *turba* circumfusi fremebant.

11. Observa in distributione concordantiam:

LIV. *Corma dextrum* ad castra, *laevum* ad urbem tendit.

SUET. Duobus *Sextis*, Pompeio et Appuleio, consulibus.

12. Superlativa (a, b) et numeralia (c, d) concordant ut cetera adjektiva (a, c) vel petunt genus a regimine (b, d):

a.

CIC. *Indus*, omnium fluminum *maximus*.

PLIN. *Hordeum*, frugum omnium *mollissimum*.

b.

PLIN. *Velocissimum animalium* est *delphinus*.

PLIN. Venenis coturnices pinguescunt, *placidissima animalium*.

c.

CIC. Decem *millia* talentū Gabinio ait esse *promissa*.

LIV. *Caesa* ad viginti *millia* hominum.

d.

CURT. Duo millia *Tyriorum* crucibus *affixi*.

LIV. Septem millia *hominum* in naves *impositi*.

13. Adjективum suppositi (a) attrahitur aliquando ad prae dicatum (b), maxime in pronominibus (c):

a.

JUST. *Semiramis credita* est puer.

b.

CIC. Non omnis *error* stultitia dicenda est.

TER. *Paupertas* onus mihi *visum* est.

LIV. Et *ludi* fuerunt *Megalesia appellata*.

c.

CIC. Hominis summum *bonum* quaeremus; *is* autem esset nihil nisi animus.

VIRG. Sed *revocare* gradum, *hoc opus*, *hic labor* est.

SALL. In fuga salutem *sperare*, ea vero dementia est.

14. Sunt, quae concordant graeco more:

OV. *Turpe senex miles*, *turpe senilis amor*.

CIC. *Turpitudo pejus* quam dolor.

VIRG. *Varium* et mutabile semper *fémina*.

15. Quaedam concordant subauditio:

CIC. Actioni *primas* dedisse Demosthenes dicitur.

CELS. Ne ex hac quidem causa sudanti *frigida* bibenda est.

PLAUT. Venio ad macellum: rogito pisces; indicant caros, agnina caram, caram *bubulam* et *vitulinam*. ®

III. Concordantia pronominis relativi.

* 16. Nomen, quod praeit relativo, appellatur antecedens (a); quod subit, consequens (b):

a.

CIC. Exstat *oratio* C. Gracchi, qua in oratione multa in Pisonem dicuntur.

b.

CIC. Exstat oratio C. Gracchi, qua in *oratione* multa in Pisonem dicuntur¹.

17. Relativo, si ponitur adjective, non est antecedens:

PLAUT. *Quas tu mihi tabulas, quos luscos libertos somnias?*

PHAEADR. *O qui tuarum, corve, pennarum est nitor!*

CIC. *Quae celebritas oppidorum, qui agri, quae fruges!*

* 18. *Relativum concordat antecedenti genere et numero (a), consequenti etiam casu (b):*

a.

CIC. Recordare de ceteris, quos adesse vides.

NEP. *Suam existimationem agi putabat, qua nihil habebat carius.*

CIC. *Id maxime quemque decet, quod est cujusque maxime suum.*

b.

CIC. *Quam domum nemo sine lacrymis praeterire poterat, hac te in domo diversari non pudet?*

QUINT. *Timeo ne, quos porrexerim cibos, venena fiant.*

CIC. *Quibus de rebus ad me scripsisti, coram videbimus.*

19. Relativum concordat personae antecedentis:

TER. *Hoc mea non refert, qui sum natu major.*

CIC. *Oh te ferreum, qui illius periculo non movearis!*

CIC. *Me caecum, qui haec non viderim!*

20. Relativum ad varia pertinens concordat generi nobiliori (a), vel ponitur in neutro (b):

¹ Quae, ut vides, sunt unum idemque.

a.

CIC. Propter summam et *doctoris* auctoritatem et *urbis, quorum* alter te scientia augere potest, altera exemplis.

b.

LIV. *Naves captivosque, quae ad Chium capta sunt, restitui postulabat.*

CIC. Repetebat *deos penates, aras, focos,* in *quae* tu invaseras¹.

† 21. Si intersit relativum inter duo nomina, quorum alterum praedicetur de priore, potest alteri (a) vel priori concordare (b):

a.

LIV. Quintius trans Tiberim colebat *agrum, quae prata Quintia* vocantur.

CAES. Venerunt *Vesuntionem, quod est oppidum Se- quanorum.*

COLUM. Solent fastidia ciborum asfirre *incrementa linguae, quas ranas veterinarii vocant.*

b.

VARRO. Ne vulnerentur a bestiis, imponuntur canibus *colaria, quae* vocantur *maelium.*

LIV. Herculi sacrificium fecit in *loco, quem Pyram* vocant.

Ov. Parte locant *clivum, qui* tunc erat ardua *ruperes.*

22. Raro attrahitur antecedens ad casum relativi (a); longe rarius attrahitur relativum ad casum antecedentis (b)²:

a.

TER. *Eunuchum, quem dedisti mihi, quas turbas fecit!*

PLAUT. *Naucratem, quem convenire volui, non erat in navi.*

VIRG. *Urbem, quam statuo, vestra est.*

¹ Atque haec de rebus, non de personis.

² Haec alii alter explicant; sed haec est omnium verissima et facilissima explicandi ratio.

b.

LUCIL. Quum scribas et agas aliquid eorum, quorum consuevisti, gaudeo.

LIV. Raptim, quibus quisque poterat, elatis agmen migrantium impleverat vias¹.

23. *Suppresso aliquando antecedente, concordat relativum subeunti substantivo:*

CIC. Si mihi permisisses rem, qui meus amor in te est, confecisset.

QUINT. Hoc si scisses, cuius pietatis es, nemo te antecessisset.

CIC. Utrum admonitus, an, qua iste sagacitatem est, sine ullo duce pervenerit, nescio.

24. *Relativum redditur aliquando ad subauditum:*

HIRT. Caesar alteram alam mittit, qui satagentibus occurrerent.

CIC. Nostra, qui remansissemus, caede te contentum esse dicebas.

CIC. Disputationis fuit extremum de immortalitate animorum; quae se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat².

IV. Concordantia verbi.

* 25. *Verba suppositis concordant numero et persona:*

VIRG. Dum tu sectaris apros, ego retia servo.

CIC. Nihil est liberale, quod non idem justum.

CIC. Erant in Torquato plurimae litterae, nec eae vulgares.

26. *Verba suppositis copulatis concordant numero plurali (a) vel singulari (b):*

¹ H. e.: Raptim elatis iis, quae quisque poterat (efferre).

² Cetera de relativo habes in n. 305 et sqq.

a.

PHAEDR. Ad rivum eundem lupus et agnus venerant.

PHAEDR. Vacca et capella et patiens ovis injuriae socii fuere cum leone.

CIC. Frons, oculi, vultus saepe mentiuntur.

b.

CIC. Lucas ille et haec Arpinatum quercus agnoscitur.

CIC. Egit pater et filius, ut tibi sponderemus.

CIC. Virtus et honestas et pudor cum consulibus esse cogebat.

27. *Item personae nobiliori (a) vel propiori (b):*

a.

CIC. Ego fratresque mei pro vobis arma tulimus.

TER. Haec si neque ego neque tu fecimus, non savit egestas facere nos.

CIC. In decemviris neque ego neque Caesar habiti essemus.

b.

CIC. Et ego et Cicero meus flagitavit.

CIC. Vos ipsi et senatus frequens restitit.

CIC. Sextum quanti facere debeam, et tu et omnes homines sciunt.

28. *Si per cum personae jungantur, verbum concordat singulari numero (a) vel plurali (b):*

a.

CIC. Tu ipse cum Sexto quid cogites scire velim.

CIC. Domitius cum Messala certus esse videbatur.

b.

SALL. Bocchus cum peditibus, quos filius ejus adduxerat, postremam aciem invadunt.

¹ Nobilior est prima prae secunda et haec prae tertia.

^{1**}

- CIC. Caesar cum Scipione leges contulerunt.
 LIV. Dux cum aliquot principibus capiuntur.
- † 29. *Collectivis (a, b) et partitivis (c, d) concordant verba plurali numero (a, c) vel singulari (b, d):*
- a.
 OV. Thura ferant placentque novum pia turba Quirinum.
 PLAUT. Magna pars morem hunc induxerunt.
 LIV. Magna multitudo perditorum hominum convenerunt.
- b.
 VIRG. Pars densa ferarum tecta rapit sylvas.
 CIC. Multitudo contulit se ad eam disciplinam.
 CIC. Illo die gens ista Clodiana, quod facere voluit, effect.
- c.
 SALL. Alius alio more viventes incredibile est quam facile coauerint.
 TER. Aperite aliquis actum ostium.
- d.
 CURT. Sibi quisque habeant, quod suum est.
 SUET. Damnati omnes alius alio casu periit.
 CIC. Suam quisque videri vult afferre sententiam.
30. *In distributione datur pluralis numerus (a) vel singularis (b):*
- a.
 LIV. Palatium Romulus, Remus Aventinum capiunt.
 LIV. Ita duo deinceps reges, ille bello, hic pace civitatem auxerunt.
- b.
 CAES. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Sequana dividit.
 LIV. Duo ordinarii consules, alter morbo, alter ferro periisset.

31. Saepe verbum subauditur e proximo:

CIC. Haec si ego dixero, incredibilia videbuntur; si vos, facile fidem invenerint.

CIC. L. Luculli virtutem quis? At quam multi villarum magnificentiam imitati sunt!

CIC. Olim cum regnare existimabamur; non tam ab ullis quam hoc tempore observero a familiarissimis Caesaris.

32. Sum attrahitur aliquando ad praedicatum:

CIC. Tui consulatus fuit initium ludi Compitalii.

SEN. Magnae divitiae sunt composita paupertas.

OV. Quas geritis vestes, sordida lana fuit.

CAPUT SECUNDUM.

DE CONSTRUCTIONE.

- I. Constructio nominis substantivi. — II. Constructio nominis adjectivi. — III. Constructio pronominis. — IV. Constructio verbi. — V. Constructio participii. — VI. Constructio gerundii. — VII. Constructio supini. — VIII. Constructio ceterorum verbalium. — IX. Constructio adverbii. — X. Constructio praepositionis. — XI. Constructio conjunctionis. — XII. Constructio interjectionis.

I. Constructio nominis substantivi.

- * 33. Substantivum nomen fert genitivum (a) et ablativum (b), cui praepositio (c) saepe adjungitur¹:

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ^{a.}

CIC. Somnus est imago mortis.

TAC. Maluit patrati quam incepti facinoris reus esse.

PHAEDR. Quum cepissent cervum vasti corporis, sic est loquutus leo.

¹ Plura de genitivo et ablativo habes in n. 224 et sqq. et in n. 244 et sqq.

- CIC. Caesar cum Scipione leges contulerunt.
 LIV. Dux cum aliquot principibus capiuntur.
- † 29. *Collectivis (a, b) et partitivis (c, d) concordant verba plurali numero (a, c) vel singulari (b, d):*
- a.
- Ov. Thura ferant placentque novum pia turba Quirinum.
 PLAUT. Magna pars morem hunc induxerunt.
 LIV. Magna multitudo perditorum hominum convenerunt.
- b.
- VIRG. Pars densa ferarum tecta rapit sylvas.
 CIC. Multitudo contulit se ad eam disciplinam.
 CIC. Illo die gens ista Clodiana, quod facere voluit, effect.
- c.
- SALL. Alius alio more viventes incredibile est quam facile coauerint.
 TER. Aperite aliquis actum ostium.
 CURT. Sibi quisque habeant, quod suum est.
- d.
- SUET. Damnati omnes alius alio casu periit.
 CIC. Suam quisque videri vult afferre sententiam.
30. *In distributione datur pluralis numerus (a) vel singularis (b):*
- a.
- LIV. Palatium Romulus, Remus Aventinum capiunt.
 LIV. Ita duo deinceps reges, ille bello, hic pace civitatem auxerunt.
- b.
- CAES. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Sequana dividit.
 LIV. Duo ordinarii consules, alter morbo, alter ferro periisset.

31. *Saepe verbum subauditur e proximo:*

CIC. Haec si ego dixero, incredibilia videbuntur; si vos, facile fidem invenerint.

CIC. L. Luculli virtutem quis? At quam multi villarum magnificentiam imitati sunt!

CIC. Olim cum regnare existimabamur; non tam ab ullis quam hoc tempore observero a familiarissimis Caesaris.

32. *Sum attrahitur aliquando ad praedicatum:*

CIC. Tui consulatus fuit initium ludi Compitalii.

SEN. Magnae divitiae sunt composita paupertas.

Ov. Quas geritis vestes, sordida lana fuit.

CAPUT SECUNDUM.

DE CONSTRUCTIONE.

- I. Constructio nominis substantivi. — II. Constructio nominis adjectivi. — III. Constructio pronominis. — IV. Constructio verbi. — V. Constructio participii. — VI. Constructio gerundii. — VII. Constructio supini. — VIII. Constructio ceterorum verbalium. — IX. Constructio adverbii. — X. Constructio praepositionis. — XI. Constructio conjunctionis. — XII. Constructio interjectionis.

I. Constructio nominis substantivi.

* 33. *Substantivum nomen fert genitivum (a) et ablativum (b), cui praepositio (c) saepe adjungitur¹:*

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ^{a.}

CIC. Somnus est imago mortis.

TAC. Maluit patrati quam incepti facinoris reus esse.

PHAEDR. Quum cepissent cervum vasti corporis, sic est loquutus leo.

¹ Plura de genitivo et ablativo habes in n. 224 et sqq. et in n. 244 et sqq.

b.

- PLAUT. Tun' capite cano amas, homo nequissime?
 CIC. Aristoteles, vir summo *ingenio*, docere coepit.
 NEP. Datames Thuin, hominem vasti corporis terribilique
facie, veste texit.

c.

- VIRG. Te memorande canemus, pastor *ab Amphryso*.
 QUINT. Cynicum apud censores reum *de moribus* facit.
 CIC. Athenienses ad senatum legatos *de suis rebus* mittunt.
- * 34. *Substantivum regens suppletur saepe e proximo*:
 CIC. Sexto idus duas epistolas accepi: unam a meo tabelario, alteram a Bruti.
 PLIN. Prolibare diis vina nefastum habetur, praeter imputatae vitis, fulmine tactae.
 COLUM. Latitudinis pedes cum longitudinis sic multiplicabis.

* 35. *More substantivorum postulant genitivum adjectiva, quae substantive ponuntur, sive illa ponantur neutro genere singulari (a) sive neutro plurali (b) sive masculo plurali (c)*:

a.

- CIC. Plurimum in scribendo *laboris* haberet.
 CIC. Tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras.
 POMP. MELA. Satarchae ob *saevum hiemis* specus habitant totum bracati corpus.

b.

- LIV. Oppidani Astapae locum in foro destinant, quo *pretiosissima rerum suarum congererent*.
 CIC. In *interiora aedium* penetravit.
 CAES. In occultis ac *reconditis templi*.

c.

- LIV. Scipio Massinissam cum *expeditis militum* ad persequendum Syphacem mittit.

- VELL. *Veteres ducum Romanorum* sunt.
 LIV. Fidenatum *qui supersunt*, ad urbem Fidenas tendunt.

36. *Observa illa*:

- Ardua *montium*. — Lubrica *vallium*. — Roscida *cespitem*.
 — *Aquarum profunda*. — Immensa *camporum*¹.

* 37. *Opus et usus regunt ablativum (a) nec non genitivum (b), nisi fuit praedicata (c)*:

a.

- CIC. Praesidio firmiori ad eam provinciam opus est.
 PLAUT. Quando multos habeo cognatos, quid opus mihi est *liberis*?
 VIRG. Nunc *animis* opus, Aenea, nunc *viribus* usus.

b.

- LIV. Ad consilium pensandum *temporis* opus est.
 OV. Lunaque fulgebat, nec *facis* usus erat.
 LIV. Quanti *argenti* opus fuit et sex mensium frumentum accepit.

c.

- CIC. Dux nobis et auctor opus est.
 NEP. Themistocles celeriter ea, quae opus erant, reperiebat.
 PLAUT. Tua opera mihi est usus.

* 38. *Opus et usus junguntur etiam verbo (a), maxime participio (b)*:

- CIC. Legem curiatam *ferre* opus est consuli.
 TER. Opus est adjutorem mihi *dari*.
 PLAUT. Nunc tibi opus est, ut aegram te *assimiles*.

¹ Pro: *Ardui montes, lubricae valles etc., quae sunt frequentia apud historicos.*

b.

SALL. Ubi consulueris, mature *facto* opus est.

PLAUT. Ego ibo domum, ut parentur, quibus *paratis* opus est.

TER. In arcem *transcurso* opus est.

PLAUT. Citius fit, quod *facto* non est usus, quam quod *facto* est opus.

II. Constructio nominis adjectivi.

- 1. Adjectiva cum genitivo. — 2. Partitiva et numeralia. — 3. Adjectiva cum dativo. — 4. Adjectiva cum ablativo. — 5. Adjectiva comparativa. — 6. Adjectiva superlativa.

NOTA. Adjectivorum differentiae et constructiones sunt innumerae; ego praeceps summatim perscribam; ceteras in lexicis querito.

i. Adjectiva cum genitivo.

* 39. Genitivo gaudent adjectiva scientiae (a), participationis (b) et abundantiae (c):

a.

CIC. Faciam te *consilii* nostri certiorem.

HOR. Indoctus *pilae* discive quiescit.

LIV. Exercitus *locorum* prudens.

b.

TAC. Collega imperii, consors tribuniciae *potestatis*.

CIC. Tu es *mentis* compos? tu non constringendus?

TAC. Retinet sub vexillo *ceterorum* immunes, nisi *propulsandi* hostis.

c.

VIRG. Quam dives *pecoris*, nivei quam *lactis* abundans.

LIV. *Omnium* egeni corpora humili prostraverunt.

LIV. Fertilis *hominum* frugumque Gallia.

40. Aliqua hujus ordinis expertia sunt genitivi:

CIC. Homo artium *studiis* eruditus.

CIC. *Doctrina* liberaliter institutus.

CIC. An tu *dialecticis* ne *imbutus* es quidem?

41. Sunt adjectiva, quae apud poetas solum et historicos genitivum sortiantur:

Floridus *aevi*. — Validus *animi*. — Devius *aequii*. — Integer *vitae*. — Praecep*s animi*. — Ambiguus *consilii*. — Purus *sceleris*¹.

2. Partitiva et numeralia.

* 42. Partitivis datur genitivus (a), item numeralibus, sive cardinalia sint (b) sive ordinalia (c) sive distributiva (d), nisi ponuntur adjective (e):

a.

CIC. Elephanto *belluarum* nulla prudentior.

CIC. Multae *istarum arborum* mea manu sunt satae.

b.

CIC. *Hominum* mille versabatur valentium.

TAC. Tiberius quinque *consularium* e cetero senatu sorte duxit.

c.

LIV. Qui primus *vestrum* osculum matri tulerit, regnabit.

CIC. Roma condita est anno secundo *Olympiadis* septimae. ®

d.

LIV. Mox compertum est nongentos *Romanorum* confectos.

CURT. Nolo singulos *vestrum* excitare.

e.

LIV. Philippei nummi aurei *quatuordecim millia* *quingenti*.

¹ Plura adjectiva cum genitivo habes in verbalibus n. 139.

CIC. Describebat censores binos in *singulas* civitates.

CIC. In hac triremi *multi* remiges deerant.

† 43. *Haec etiam ablativum cum ex vel de pro genitivo admittunt:*

TAC. Tiberius quinque *e praetoriis* sorte duxit.

CIC. Mitte ad nos *de tuis* aliquem tabellarium.

CIC. Se gladio percussum esse ab uno *de illis*, ne indicaret.

44. *Mutantur aliquando cardinalia distributivis (a), praesertim in nominibus, quae carent singulari (b):*

a.

CIC. Pueri annorum *senum* *denum* senatorium nomen nundinati sunt.

CIC. In Sicilia sextertiis *binis* tritici modius erat.

CIC. *Binos* scyphos habebam, jubeo promi utrosque.

b.

CIC. Pompejus inter *bina* castra collocatus est.

CIC. Credo te *binas* litteras meas accepisse, unas a Pindeniso, alteras a Laodicea.

45. *Quaevis nomina induunt partitivorum rationem:*

CIC. Homo *ex numero* disertorum.

PLIN. *Piscium* lupus et trichias bis anno parit.

FLOR. Virgines *e sacerdotio* Vestae.

3. Adjectiva cum dativo.

* 46. *Regunt dativum adjectiva utilitatis (a), voluptatis (b), aequalitatis (c) et his similia (d) vel contraria (e):*

a.

SALL. Oppidum Capsam aliosque locos munitos et *sibi* utiles amiserat.

CIC. Hominum *generi* cultura agrorum est salutaris.

CIC. Id si *tibi* erit commodum, cures velim.

b.

CAES. Id vero *militibus* fuit gratum et jucundum.

CIC. Odor Apronii *uni isti* suavis est.

CIC. Nihil est *Deo* acceptius quam coetus hominum jure congregati.

c.

CIC. *Marcello* fratri tuo aut par aut certe proximus sum.

CIC. Pars hujus pedis est aequalis *alteri parti*.

CIC. Quid simile habet epistola aut *judicio* aut *concionis*?

d.

NEP. Miltiades amicior erat omnium *libertati* quam sua dominationi.

SEN. *Cunctis* esto benignus, *nulli* blandus.

SUET. Germanorum cohortem remisit in patriam quasi *Cn. Dolabellae* proniorem.

e.

CIC. Veniebatis in provinciam, unam ex omnibus *hunc* *victoriae* maxime infestam.

HOR. Dispar atque discolor matrona *puellae*.

CAT. Otium, Catulle, *tibi* molestum est.

† 47. *Dativum mutant genitivo adjectiva aequalitatis (a); item communis et proprius (b); accusativo autem cum ad adjectiva proportionis (c):*

a.

CIC. *Plectri* similem linguam nostri solent dicere, *choradarum* dentes, nares cornibus.

LUC. Quem metuis, par *Injus* erat.

CIC. Conferam Drusum cum Graccho, fere *eius* aequali.

b.

CIC. Id quidem non proprium *senectutis* est, sed commune *valetudinis*.

CIC. Commune est *liberorum populorum*, non proprium *foederatorum*.

c.

- CIC. Consilium idoneum *ad hoc negotium*.
 CIC. Pallium laneum aptum *ad omne anni tempus*.
 PLIN. Lapathum utile *ad medicamina*.

4. Adjectiva cum ablativo.

* 48. *Inimicus, fatus, dignus, contentus, inanus, Praeditus, extorris, plenus diversusque potensque (a); Quaeque his accedunt (b) aut sunt contraria (c), sexto Donantur casu:*

a.

- CIC. Haec scripsi *ad te liberius fatus conscientia officii mei*.
 SH. Bis octonis nondum rex praeditus annis.
 VIRG. Terra antiqua, potens *armis atque ubere glebae*.

b.

- CIC. Xerxes *refertus omnibus praemiis donisque fortunae*.
 CIC. Non tardus sententiis erat, sed *inops verbis*.
 SALL. In agrum *praeda onustum proficiscitur*.

c.

- CIC. Animus *per somnum sensibus et curis vacuus*.
 CIC. L. Flaccus, vir tua legatione *indignissimus*.
 CIC. Neque hoc dii *alienum* ducunt majestate sua.

49. *Horum alia jungunt praepositionem ablativo (a), alia cum genitivo mutant (b):*

a.

- CIC. Republica nuda *a magistratibus*.
 SEN. Mens pura *ab omni labore*.
 LIV. Extorris *a solo patrio*.

b.

- CIC. Referta Gallia *negotiatorum*, plena *civium romanorum*.
 LIV. Inops senatus *auxilii* humani ad deos vota vertit.
 AD CIC. Suscipe curam et cogitationem dignam *tuae virtutis*.

* 50. *Adjectiva ordinis (a) et diversitatis (b) regunt ablativum cum ab, pro quo dativum aliquando (c):*

a.

VIRG. Fortunate puer, tu nunc eris alter *ab illo*.

CIC. Quartus *ab Arcesila* fuit.

HIRT. Sacerdos ejus deae secundus *a rege* habebatur.

b.

CIC. Certa *cum illo*, qui *a te totus diversus est*.

CIC. *Ab indisertis* re magis quam opinione differens.

VIRG. Quantum mutatus *ab illo Hector*.

c.

QUINT. Nihil est tam *Lysiae* diversum quam Isocrates.

CIC. Nihil tam dissimile quam Cotta *Sulpicio*.

CIC. Illa oratio *huc* dispar.

* 51. *Adjectiva diversitatis (a) et ordinis (b) verbis junguntur per ac, atque, quam:*

a.

CAES. *Alia* ratione est bellum gerendum *atque* antea gestum est.

PLIN. *Pransus et potus* diversum valent *quam* significant.

b.

LIV. *Tertio die* *quam* interregnum inierit.

LIV. Anno trecentesimo altero *quam* condita Roma erat.

5. Adjectiva comparativa.

* 52. *Comparativo subit ablativus (a) aut quam cum casu conveniente (b):*

a.

PLAUT. Plus *triginta annis* natus ego sum.

CIC. Omitto illud facinus, *quo* foedius nec fieri nec cogitari quidquam potest.

MART. Hic totus volo rideat libellus et sit nequior *omnibus libellis*.

b.

PLAUT. Ego tua magnifica verba pluris non facio *quam ancillam meam*, quae latrinam lavat.

CIC. His igitur *quam physicis* potius credendum existimas?

CIC. Nemo fuit poëta, qui quemquam meliorem *quam se* arbitraretur.

53. *Quam* subauditur aliquando, maxime subeunte numerali:

VERITATIS

LIV. Minus duo millia hominum effugerunt.
CIC. Milites romani saepe plus dimidiati mensis cibaria cerebant.
LIV. Plus quingenta jugera agri possidet.

54. *Comparativum, nisi fungitur vice partitivi (a), genitivum vix admittit (b):*

a.

LIV. In hanc sententiam ut discederetur, *juniiores patrum* evincebant.

PLIN. *Animalium fortiora* sunt, quibus sanguis crassior est; *sapientiora*, quibus tenuior.

LIV. Poeni in *minorem Balearium* insulam trajecerunt.

b.

SUET. Reddendi equi gratiam fecit iis, qui *majores annorum quinque et triginta* retinere eum nollent.

PLAUT. Non ego nunc parasitus sum, sed *regum regalior rex*.

55. *Comparativa gaudent ablativis opinione, spe, justo, solito aliisque id genus:*

CIC. *Opinione* celerius venturus esse dicitur.
LIV. Id quidem *spe omnium* serius fuit.
LIV. Ea res *exspectatione omnium* tranquillior fuit.

56. *Terminus comparativi saepe est alterum comparativum:*

CIC. Libentius haec in illum evomere videar quam *verius*.

LIV. Triumphus dictatoris clarior quam *gratior* fuit.

POMP. MELA. Africa longior quam *latrior* est.

57. *Sunt et verba comparativa:*

CIC. Praestat Gallorum *quam* Romanorum imperia perferre.

HOR. Nullos *his mallem* ludos spectasse.

PLAUT. Est ubi damnum facere *praestet quam* lucrum.

58. *Ipsum verbum potest esse comparativi terminus:*

CIC. Non mehercule quidquam facio libentius quam ad te scribo.

CIC. Majus est hoc, quam vulgo opinantur.

59. *Et verbum cum conjunctione (a) aut adverbio (b) et casus cum praepositione (c) terminare possunt comparativum:*

a.

CIC. Neque habui quidquam antiquius, quam *ut Pansam convenirem*.

CIC. Nihil amplius desideratur, quam *quod in Africam non ierim*.

b.

CIC. Crassus fuit plenior, quam *quomodo a nobis inductus est*.

CIC. Ad Ciceronem ita scripsisti, ut neque temperatus scribi potuerit neque magis, quam *quemadmodum* ego maxime vellem.

c.

LIV. Appius castra metatus est latius quam *pro copiis*.

LIV. Proelium atrocius quam *pro numero militum* editur.

6. Adjectiva superlativa.

* 60. Superlativum gaudet genitivo (a) vel ablativo cum *ex* (b) vel accusativo cum *inter* (c):

a.

CIC. Scaevolam, unum *nostrae civitatis* praestantissimum.

MACR. Servius non solum adolescentum, sed etiam senum doctissimus.

SUET. Jussit in asperrimas insularum avehi.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS.

b.

CIC. Audacissimus ego *ex omnibus*?

CIC. Solon doctissimus *ex septem*.

CIC. *De tuis officiis* hoc est gratissimum.

c.

CIC. Crassus, *inter reges* opulentissimus, ad tormenta ductus est.

SEN. *Inter cetera mala* illud pessimum est.

POMP. MELA. Borysthenes, *inter Scythiae amnes* amoenissimus, alluit eam gentem.

61. Crescit superlativum additis *quam, longe, multo*:

CIC. An est, mi Cicero, quod ego malim, quam te *quam* doctissimum esse?

CIC. Vir *longe* post homines natos improbissimus.

CIC. Civitas totius Siciliae *multo* locupletissima.

III. Constructio pronominis.

1. Pronomen cum casu. — 2. Pronomen reciprocum. — 3. Reciprocum personale. — 4. Reciprocum possessivum. — 5. Amphibolia in reciproco possessivo. — 6. Amphibolia in reciproco personali.

1. Pronomen cum casu.

† 62. Pronomini, quod substantive ponitur, haeret genitivus:

TER. *Quid turbae* est apud forum? *quid illic hominum* litigant?

SUET. Nunquam se publico *illud horae* sine tribunis commisit.

CIC. *Quod ornamentorum* in meis delubris fuit, id tu mihi, C. Verres, eripuisti.

63. Pronomini possessivo haeret genitivus adiectivorum (a) vel participiorum (b):

a.

LIV. *Nostro duorum* id jam eventu cernatur.

CIC. *Soliū meū* peccatum corrigi non potest.

CIC. *Mea unius* interest rempublicam defendere.

b.

OV. Saepe rogabis, ut *mea defunctae* molliter ossa cubent.

HOR. *Mea* nemo scripta legit recitare timentis.

64. Cum genitivo *omnium* ponitur personale (a) vel possessivum (b):

a.

CIC. Video in me *omnium vestrum* ora atque oculos esse conversos.

CIC. Patria est parens *omnium nostrum*.

CIC. Judicio constitutum est *omnium vestrum* bona praedam esse illius victoriae.

b.

CIC. In *nostro omnium* fletu nullam lacrymam aspexistis Milonis.

LIV. Cogor *vestram omnium* vicem consolari.

65. Pro possessivis *meus, tuus* etc. (a) vix ponuntur genitivi personalium (b), nisi persona significanda est (c) ac non ejus possessio (a):

a.

PLAUT. Ego quidem ex tua manu accepi pateram.

CAES. Rhodanus provinciam *nostram* ab Helvetiis dividit.

b.

TER. Qui se in *sui* gremio positurum puerum dicebat.

PLAUT. Neque *tui* quidquam me penes invenisti.

PLAUT. *Vestrum* patri quot filii eratis?

c.

CIC. Cui proposita est conservatio *sui*, necesse est huic partes quoque *sui* caras esse.

Ov. Parte tamen meliore *mei* super astra ferar.

VIRG. Magna *mei* sub terras ibit imago.

66. Substantiva **amor**, **odium**, **memoria**, **desiderium** et quaecumque activo sensu vel passivo gaudent, haerent possessivis active (a), personalibus passive (b); a qua norma aliquando disceditur (c), maxime in ablativo **causa** (d):

a.

CIC. Vincetur *meo* erga te *amore*.

CIC. Grata mihi vehementer est *memoria* nostri tua.

b.

CIC. Aviam tuam scito *desiderio* *tui* mortuam esse.

CIC. Nihil contra me fecit *odio* *mei*, sed odio rei publicae.

c.

SALL. Qui omnes familiae nostrae ob *vestram amicitiam* infesti sunt.

TER. Lacrymis opplet os totum, ut scires *desiderio* id fieri tuo.

d.

CIC. Non destiti rogare *mea causa*, suadere et hortari *tua*.

PLAUT. Mirum, quin *tua* me *causa* faciat Jupiter regem, trivenifica.

† 67. Genitivi **nostrum**, **vestrum** dantur partitionem significantibus (a), **nostri**, **vestri** ceteris (b):

a.

CIC. Neminem *vestrum* ignorare arbitror, judices.

CIC. Philosophi censent unumquemque *nostrum* mundi esse partem.

CIC. Vereor, ne cui *vestrum* ex Stoicorum disputationibus deprompta haec videatur oratio.

b.

VIRG. Nec regia Juno immemor est *nostri*.

Ov. Versus amor tuus est in taedia *nostri*.

CIC. Habetis ducem memorem *vestri*, oblitum sui.

68. Pronomini **idem** adhaeret dative (a); pro quo saepius dicimus **idem qui**, **idem ac**, **idem quam** (b):

a.

CIC. Quod non *idem illis* censuissemus.

HOR. Invitum qui servat *idem* facit *occidenti*.

LUCR. Unus Homerus sceptra potitus, *eadem aliis* sopia quiete est.

b.

CIC. Peripatetici *idem* erant, *qui* academicī.

CIC. Non *idem* voluptas est, *quod* indolentia.

CIC. *Idem* valere debet, *ac si* pater indicaret.

69. **Idem**, **ille**, **ipse**, addita per pleonasmum, afferunt lucem:

CIC. Negabis te eum, quem sacerdos absolvisset, *eundem* condemnasse?

CIC. Apollonius in Hispaniam maxime *ille* quidem suo consilio, sed etiam me auctore prosector est.

LIV. Carthaginem Novam oppugnare statuit, quum *ipsam* opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatus plenam.

70. **Is** refertur aliquando ad personam non tertiam:

CIC. Qui magister equitum tibi fuisse viderere, *is* per municipia cum lacerna *cucurristi*.

PLAUT. Egomet credidi homini docto rem mandare; *is* lapidi *mando* maxumo.

CIC. Atque haec omnia *is fecit*, qui sodalis Dolabellae eram.

2. Pronomen reciprocum.

[†] 71. *Reciprocatio est reversio pronominis ad suppositum (a, b). Quae dicitur **Immediata** seu **propria**, quem pronomen refertur ad suppositum verbi proximi (a), **mediata** seu **impropria**, quem pronomen refertur ad remotioris verbi suppositum (b)*¹.

a.

CIC. Optimates hoc *sibi* nomen arrogarunt.

SALL. Falso queritur de natura *sua* genus humanum².

b.

CIC. Ipse mihi persuasit, ut *se* dimitterem.

CIC. Is a vobis postulat, ut ebellatis ex animo *suo* omnem suspicionem.

[†] 72. *Quemadmodum demonstrativa natura sua demonstrant (a) et ex licentia reciprocant (b), sic reciproca natura sua reciprocant (71 a, b) et ex licentia demonstrant (c):*

a.

CIC. Ad Verrem adierunt, ut *eum* Cereris simulacrum reposcerent.

CIC. Deum agnoscis ex operibus *ejus*.

b.

CAES. Belgae verebantur, ne ad *eos* exercitus noster ad duceretur.

DONAT. Virgilius voluit *ejus* ossa Neapolim transferri.

¹ H. e.: Ad suppositum verbi vicinae orationis.

² Vel sic: Nep. Alcibiades in domo *sua* facere mysteria dicebatur. — Vel sic: Nep. Darius putavit facilime se graeca lingua utentes sub *sua* retentur potestate. Quia in ambabus sententiis commune est utrique verbo suppositum.

c.

CIC. Ad illum scribas te nihil recordari de *se*.

CAES. Caesar expulsos tribunos ad *suam* restituit dignitatem.

* 73. *Ex adjunctis liqueat relatio necesse est, si **sui** et **sunus** ad terminum referantur¹ (a), aut si ponantur in congressu plurium suppositorum (b, c); possunt enim reciproca ad principale reverti (b) et ad secundarium (c):*

a.

CIC. Vos ex M. Fabonio audistis Clodium *sibi* dixisse peritum Milonem triduo.

SALL. Cornelius et Varguntejus constituerunt Ciceronem domi *suae* imparatum confodere.

b.

CAES. Caesar petit ab his, ut *se* frumento juvent.

PHAEDR. Hirci indignari coeperunt, quod dignitatem feminae aquassent *suam*.

c.

CURT. Scytha petebant ab Alexandro, ut regis sui filiam matrimonio *sibi* jungeret.

CAES. Caesar milites cohortatur, ut virtutis *suae* memoriam retinerent.

NOTA. *His licet tibi esse contento: quodsi vis singula accuratius exposita, ne pigrat reliqua persequi:*

3. Reciprocum personale *sui*, *sibi*, *se*.

74. *Immediata reciprocatio (71 a) facienda ubique est per **sui**, **sibi**, **se**:*

SEN. Inventa sunt specula, ut homo *se* cognosceret.

CIC. Pythius piscatores ad *se* vocavit.

CIC. Ait Dejotarum vino *se* obruisse.

¹ H. e.: Si non reciprocant.

75. Pronomen, quod est suppositum infiniti redditque ad suppositum prioris verbi, reciprocum esse oportet (a), vix demonstrativum (b)¹:

a.

CIC. Socrates respondit *se* meruisse.

CIC. Animus sentit *se* sua virtute moveri.

b.

CURT. Macedonum reges credunt *ipos* ab illo deo genus ducere.

76. *Mediata reciprocatio fit per sui* (a) *vel per is* (b)²:

a.

CAES. Caesar petit ab his, ut *se* frumento juvent.

HOR. Alexander edicto vetuit, ne quis *se* praeter Apellem pingeret.

CAES. Ariovistus respondit omnes Galliae civitates contra *se* castra habuisse.

b.

CAES. Helvetii persuadent Rauracis, ut una cum *iis* profiscantur.

CIC. Ligarius in provincia pacatissima ita se gessit, ut *ei* pacem esse expediret.

CAES. Belgae verebantur, ne, pacata Gallia, ad *eos* exercitus noster adduceretur.

77. *Si nulla fuerit reciprocatio, ponitur is jure suo* (a), *sui ex communi abusu* (b):

a.

CIC. Ad Verrem adierunt, ut *eum* simulacrum Cereris reposcerent.

¹ Est enim *immediata reciprocatio*.

² Is quem audis, intellige quodvis demonstrativum ut *hic*, *iste*, *ille*, *ipse* etc.

b.

CIC. Ad illum scribas te nihil recordari de *se*.

SEN. Puer ad tuum formetur arbitrium; multum *sibi* dabis, etiamsi nihil dederis praeter exemplum.

QUINT. Misera lacrymis parcus utebatur; nec *sibi* permettebat dolor lugere.

4. Reciprocum possessivum *suus*, a, um.

78. *Si immediate reciprocandum sit, suus ponitur passim* (a), *ejus fere nusquam* (b)¹:

a.

SALL. Falso queritur de natura *sua* genus humanum.

PLAUT. Credo ego miseram fuisse Penelopam, quae tam diu viro *suo* caruit.

b.

AUCT. BELLI AFR. Intellexit adversarios non *illorum* virtute confidere, sed se despiceret.

DONAT. Virgilius voluit *ejus* ossa Neapolim transferri.

79. *Est et inversa reciprocatio*², *quae fit per suus vel per ejus*:

CIC. Hannibalem *sui* cives e civitate ejecerunt.

SEN. Saepe in magistratum sclera redierunt *sua*.

CIC. Metellum parum pudor *ipsius* defendebat.

80. *Si mediate reciprocandum sit, ponitur suus* (a) *vel ejus* (b):

a.

CIC. Homerum Colophonii civem esse dicunt *suum*.

CIC. Postulat, ut evellatis ex animo *suo* omnem suspicionem.

CIC. Caverat adulter, ut *suorum* flagitorum socium te praeberes.

¹ Quum audis *ejus*, intellige quemlibet genitivum demonstrativorum ut *illis*, *istius*, *ipsius*, *hujus* etc., *illorum*, *istorum*, *ipsorum*, *horum* etc.

² Fit enim a supposito ad terminum, quum illa alia fiat a termino ad suppositum.

b.

VELL. Alexander Lysippo imperavit, ut equitum ficeret statuas et *ipsius* quoque his interponeret.

NEP. Cimon hortis nunquam imposuit custodem, ne quis impidiretur, quominus *ejus* rebus frueretur.

* 81. *Si nulla fuerit reciprocatio, ejus ponitur jure suo (a), suis ex communi licentia (b):*

a.

TER. Si illum relinquo, vitae *ejus* timeo; sin opitulor, *ejus* minas.

CIC. Eo die apud Pomponium in *ejus* nuptiis coenaturus eram.

CIC. Habemus a Caesare, sicut majorum *ejus* amplitudo postulabat, sententiam.

b.

CURT. Erat Dario mite ingenium, nisi *suam* naturam fortuna corrumperet.

Ov. Theraphnaeo feci de sanguine florem; et manet in folio scripta querela *suo*.

CAES. Caesar expulsos tribunos ad *suam* restituit dignitatem.

* 82. *Commode ponitur reciprocum, tametsi non est nefas ponere demonstrativum, ubi reciprocatio quidem nulla est; esset tamen, si oratio paulum flecteretur:*

CIC. Poenitet eum facti *sui* (q. d.: Ille poenitet facti *sui*).

CIC. A Caesare invitor, ut *sibi* sim legatus (q. d.: Caesar me invitavit, ut *sibi* sim legatus).

CIC. A Curione mihi nuntiatum est *eum* ad me venire (q. d.: Curio mihi nuntiavit *eum* ad me venire).

5. *Amphibolia in reciproco possessivo suus, a, um¹:*

* 83. *Quum suus, a, um revertatur ad suppositum vel principale (a) vel secundarium (b), fiet amphibolia (nisi alicunde sensus aperitur) in congressu plurium suppositorum:*

¹ Vide appendicem, n. 391.

a.

CIC. Pythius a pescatoribus petivit, ut ante hortos *suos* piscarentur.

PHAEDR. Hirci indignari coeperunt, quod dignitatem feminae aequassent *suam*.

b.

CAES. Caesar milites cohortatur, ut virtutis *suae* memoriam retinerent.

CAES. Ariovistus respondit populum Romanum ad *suum* arbitrium imperare consuesse.

* 84. *Quare suis ponitur, si, coēuntibus duabus tertiiis personis, reversio fiat ad eam, quae sit suppositum:*

CAES. Afranius de salute *sua* cum Caesare agebat.

CAES. Helvetii *suis* finibus Germanos prohibent.

SALL. Jugurtha *suis* rebus diffidens Thalam pervenit.

† 85. *Sunt, qui hanc legem, si sensus liqueat, durius negligant:*

VAL. MAX. Popilius salutis *ejus* auctorem jugulum præbere jussit.

* 86. *Ejus ponitur, si, coēuntibus duabus tertiiis personis, respectus fiat ad eam, quae sit terminus:*

CIC. Milo fit obviam Clodio ante fundum *ejus*.

CIC. Is ad socerum filiam *ejus* mittit.

SALL. Marius cum Ligure promissa *ejus* cognitum delectos mittit.

† 87. *Solveris hac lege, si alicunde sensus liqueat:*

CAES. Caesar expulsos tribunos ad *suam* restituit dignitatem.

SALL. Cornelius et Varguntejus constituerunt Ciceronem domi *suae* imparatum confodere.

CAES. Unam triremem cum remigibus *suis* ceperunt.

88. *Si suus et ejus una coēant, suus ad suppositum referes, ejus ad terminum:*

CIC. Ne sit Ligarius cum T. Broccho avunculo *suo*, ne cum *ejus* filio, consobrino *suo*, vivat?

SALL. Majores vestrum miserti plebis Romanae decretis *suis* inopiae *ejus* opitulati sunt.

SALL. Jugurtha superbia sese efferens, propinquo *suo* interempto, regnum *ejus* sceleris *sui* praedam fecit.

89. *Situs et ejus ad unum commode referuntur, si modo suus reciprocet, ejus non (a); durius autem, si aut ambo reciprocant aut neutrum (b):*

a.

SALL. Jugurtha rebus *suis* diffidens Thalam pervenit, ubi multus pueritiae cultus filiorum *ejus* erat.

b.

S. HIER. Pontifex interrogavit Jesum de discipulis *suis* et de doctrina *ejus*.

6. Amphibolia in reciproco personali *sui*, *sibi*, *se*.

† 90. *Quum sui, sibi, se revertatur ad principale suppositum (a) et ad secundarium (b), fiet amphibolia (nisi discussitur alicunde) in congressu plurium suppositorum:*

a.

CIC. Dionysius instituit, ut filiae barbam *sibi* adurerent.

PLAUT. Oratum iverunt deam, ut *sibi* esset propitia.

CAES. Caesar petit ab his, ut *se* frumento juvent.

b.

CURT. Scythae petebant ab Alexandro, ut regis sui filiam matrimonio *sibi* jungeret.

CAES. Caesar questus est milites *se* recepisse.

SALL. Caveant, ne, illo cunctante, Numidae *sibi* consulant.

† 91. *In congressu duorum suppositorum discussetur amphibolia, si pronomen is referatur ad principale:*

Nam si dixero: Paulus petit ab Aemilio, ut curet *eum*, pronomen non potest referri ad Aemilium (74); potest vero ad Paulum (76); ergo si *eum* retulero ad Paulum, h. e. demonstrativum ad principale, vitavero amphiboliam.

92. *Quodsi facienda esset relatio ad secundarium suppositum, et sensus ex adjunctis non argueretur, instituendus esset alius verborum contextus; nam reciprocum redderet sententiam ambiguam (83), demonstrativum barbaram (74)¹:*

IV. Constructio verbi.

1. Verbum substantivum. — 2. Verba cum genitivo. — 3. Verba cum dativo. — 4. Verba cum altero accusativo. — 5. Verba cum ablativo. — 6. Verba cum ablativo et praepositione.

NOTA. Verba eorumque differentiae et constructiones sunt innumerabiles: ego præcipua summatim perstringam; cetera in lexicis quaerito.

1. Verbum substantivum.

* 93. *Sum fert genitivum (a) et pro eo possessivum (b):*

a.

CIC. Temeritas est florantis aetatis, prudentia senescentis.

CIC. Non est gravitatis tuae ferre immoderatus casum.

LIV. Qui Romanæ partis erant, urbe excesserunt².

b.

CIC. Est tuam, M. Cato, videre quid agatur.

CIC. Puto esse meum quid sentiam exponere.

OV. Vestrum dare, vincere nostrum est.

* 94. *Sum regit dativum unum (a) et alterum (b):*

¹ Vide appendicem, n. 391 et sqq., ubi solvo difficultates et refello adversarios.

² Plura de genitivo habes in n. 222 et sqq.

a.

PERS. Tecum habita et noris, quam sit *tibi* curta supellex.
 JUST. Fuere *Lydis* multi ante Croesum reges.

CIC. Mea domus erat *indicio* tui dominatus.

b.

CIC. *Magnae nobis* est *sollitudini* valetudo tua.
 CIC. *Nemini meus* adventus *labori* aut *sumptui* fuit.
 PLAUT. Tua pietas plane *nobis* auxilio fuit¹.

* 95. *Sum regit ablativum:*

CIC. Fac *animo* *forti* *magnaque* sis.
 CIC. Erat *Nice* *eximia* *facie*, uxor Cleomenis.
 CIC. *Capite* et *super ciliis* semper est *rasis*².

2. Verba cum genitivo³.

* 96. *Verba accusandi* (a), *damnandi* (b) et *absolvendi* (c) regunt genitivum, qui crimen significet vel poenam:

a.

LIV. Aliquot matronas apud populum *pro bri* accusarunt.
 SUET. Dolabellam, consularem virum, *repetundarum* postulavit.
 CIC. An non intelligis, quales viros *summi sceleris* arguas?

b.

CIC. Civem Romanum *capiti* condemnari coegerit.
 CIC. Cupio *octupli* damnari Apronium.
 NEP. Themistocles absens *proditionis* damnatus est.

¹ Vide plura de dativo in n. 227 et sqq.

² Vide plura de ablativo in n. 242 et sqq.

³ Activa regentia unum accusativum vide n. 232 et sqq.

c.

CIC. Video Neronis judicio non te absolutum esse *improbitatis*.

LIV. Senatus nec liberat *eius* *culpae* regem neque arguit.
 LIV. Purgant civitatem *facti* *dictique hostilis* adversus Romanos.

† 97. *Genitivus poenae* (a) vel *criminis* (b) *ablativo* mutatur: alter sine *praepositione*, alter cum ea saepe:

a.

CIC. Vitia hominum atque fraudes *vinculis* et *verberibus* mulctantur.

CIC. Vos eum *capite* condemnastis.

LIV. Licinius Stolo *decem millibus* aeris est damnatus.

b.

CIC. Non committam, ut me accusare de epistolarum *negligentia* possis.

LIV. Ego me, etsi *peccato* absolvo, *supplicio* non libero.

NEP. Nullum erat crimen, quo argui posset.

* 98. *Interest* et *refert* genitivum poscent (a) vel *ablativos* *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra* (b)¹:

a.

CIC. Multum interest *rei familiaris tuae* te venire.
 QUINT. Plurimum refert *compositionis*, quae quibus anteponas.

CIC. Utriusque nostrum interest, ut te videam.

b.

CIC. Magni interest *mea* cum amico una esse.

TER. *Tua* quod nihil refert, percontari desinas.

CIC. *Tua* et *mea* maxime interest te valere.

¹ Vide appendicem, n. 406.

^f 99. Dices: *cuja vel cuius interest* (a); *nostra omnium vel nostrum omnium interest* (63); *ceterum ablativos mea, tua, sua comitatur genitivus* (b) *vel relativum* (c):

a.

CIC. Ea caedes, si criminis datur, detur ei, *cuja* interfuit; non ei, *cuja* non interfuit.

CIC. Quis est, *cuius* intersit istam legem manere?

b.

CIC. *Mea unius* interest rem publicam defendere.

CAECIL. *Mea hominis* quid resert?

c.

TER. Hoc *mea* non resert, *qui sum* natu major.

CIC. *Vestra*, qui cum magna elegantia vixistis, hoc maxime interest.

* 100. *Memini, misereor, obliviouscor, recordor, satago* genitivum postulant (a); *pro quo accusativum saepe memini, obliviouscor, recordor* (b):

a.

TER. Clinia rerum suarum satagit.

CIC. Est proprium stultitiae aliorum vitia cernere, obliviousci suorum.

TER. Faciam, ut *mei* memineris.

b.

CIC. *Omnia obliviouscor;* in gratiam redeo.

CIC. Senes *omnia*, quae curant, meminerunt.

CIC. Est operae pretium diligentiam majorum recordari.

101. *Singularia sunt illa: pendeo animi* (a) *et venit tui in mentem* (b):

a.

CIC. Ego *animi pendere* soleo, quum traducor alio.

CIC. *Pendeo animi* exspectatione Corfiniensi.

PLAUT. Ego *animi pendeo*, quid illud sit negotii.

b.

CIC. Venit mihi *Platonis* in mentem.

CIC. Non minus saepe ei venit in mentem *potestatis quam aequitatis tuae*.

CIC. Solet mihi in mentem venire *illius temporis*.

* 102. *Adsciscunt genitivum miseret, piget, poenitet, pudet, taedet* (a); *quae personaliter vix ponuntur* (b):

a.

TER. *Fratris* me quidem pudet pigetque.

CIC. Num igitur *senectutis suae* eum poeniteret?

SALL. Me civitatis *morum* piget taedetque.

PLAUT. Ita te *aliorum* miserescat, ne *tui* alios misereat.

b.

ENN. Cogebant hostes lacrymantibus, ut *misererent*.

JUST. Athenienses primi *poenitere coeperunt*.

PLAUT. Ita nunc *pudeo*, atque ita nunc *paveo*.

3. Verba cum dativo.

* 103. *Verba dandi et dicendi* (a), *similia his* (b) *et contraria* (c) *regunt dativum*:

a.

SEN. Dicebam *vobis*, non semper Saturnalia erunt.

CIC. *Puero* quoque hoc a me dabis.

TER. Pergin' *hero absenti* male loqui, impurissime?

b.

TER. Ego me *tuae fidei* commando.

CIC. Meas cogitationes explicavi *tibi*.

LIV. Rem *creditori* palam populo solvit.

c.

CIC. Hunc *mihi timorem eripe*.

CIC. Caesar *Dejotaro detraxit Armeniam*.

CIC. Nunquam *reο quidquam tam praecise negavi*.

* 104. *Dativo construantur, quae commodum significant, repugnantiam, eventum aut studium:*

- CIC. *Ipsi patriae* conduit pios cives habere in parentes.
 CIC. Ego vero *quibus ornamenti*s adversor *tuis*?
 CIC. Accidit *huius* quod ceteris mortalibus.
 CIC. Quum *litteris* studere incipit, tunc est Epicureus.

* 105. *Dativo junguntur composita verbi sum (a); e quibus possum, absum, insum ablativo etiam gaudent (b); possum sine praepositione, absum cum ab, insum cum in:*

a.

- CIC. *Omnibus negotiis* non interfui solum, sed etiam praefui.
 CIC. Contemnuntur ii, qui nec *sibi* nec *alteri* prosunt.
 CIC. Fuit quidam in Crasso pudor, qui non modo non obesset ejus *orationi*, sed etiam prodesset.

b.

- CIC. Apud me *dignitate* plurimum possunt.
 CIC. Edixit, ut *ab urbe* abesset millia passuum ducenta.
 PLAUT. Nummi octoginta aurei *in marsupio* infuerunt.

106. *Attendō, antecedo, illudo, incessō, praestō vel dative construantur (a) vel accusativo (b):*

a.

- CIC. Virtus *praestat* ceteris *rebus*.
 CIC. Natura hominis *pecudib⁹* antecedit.
 LIV. Gravior cura *patrib⁹* incessuit.

b.

- LIV. Virtute milites Romani *regios* praestabant.
 CIC. Usu nauticarum rerum *reliquos* antecellunt.
 LIV. *Ipsum* cupidus incessierat potiundi Tarenti.

† 107. *Consulo, prospicio, timeo, metuo aliud accusativo (a) significant, aliud dative (b):*

a.

- CIC. Ego quid faciam, *te consulo*, qui philosophum audis.
 TER. Nec pol istae metuunt *deos*.
 LUC. *Moenia* prospicis urbis Tarpeia de rupe.

b.

- CAES. Legati venerunt oratum, ut *suae vitae* consuleret.
 VIRG. *Inopi* metuens formica *senectae*.
 CIC. Consulite *vobis*, prospicie *patriae*.

† 108. *Dativum vix (a), fere accusativum (b) habent decet, fugit, latet, manet, praeterit:*

a.

- GELL. Adolescens praefatur arrogantius, quam *aetati* ejus decet.
 VARRO. Vis, quae *oculis* et *auribus* latere soleat.
 CLAUD. Una *cuncto* poena manet generi.

b.

- OV. Capit ille coronam, quae possit *crines*, Phoebe, decere tuos.

CIC. Non fugisset hoc *Graecos*, si ita necesse esse arbitrii essent.

VIRG. Nec latuere doli *fratrem Junonis*.

CIC. P. Clodius, cuius quidem te fatum sicuti *Curionem* manet.

CIC. Sed te non praeterit quam sit difficile.

† 109. *Multa composita praepositionum dativum poscunt (a) aut casum praepositionis, eā expressā (b) vel suppressā (c):*

a.

- HOR. Gestit *paribus* colludere.
 VIRG. Stuppea vincula *collo* intendit.

CIC. Addidit *historiae* majorem sonum Antipater.

HOR. Sollicitis animis onus eximit.

b.

CAES. Caesari nuntiatum est equites Ariovisti *ad nos*tos adequitare.

CIC. *Vobiscum* Africanus hostium spolia communicavit.

CIC. Tota se luna *sub orbem* solis subjecisset.

TER. Adeon' videmur vobis idonei, *in quibus* illudatis?

c.

POMP. MELA. Scandinavia magnitudine alias *insulas* antestat.

NEP. Timotheus socios adjunxit Epirotas omnesque eas gentes, quae *mare* illud *adjacent*.

HOR. Nec ignorat quid distent aera *lupinis*.

PLAUT. Eum *navi* abire vetui.

* 110. *Sunt quae gemino gaudent dativo:*

CIC. Summam laudem *Roscio* culpae dedisti.

PLAUT. Quis *vicio* id vertat *tibi*?

CIC. Pecuniam *iis* foenori dabat.

PLAUT. Nemo id *probro* ducet *Alcumene*¹.

4. Verba cum altero accusativo.

* 111. *Celo, flagito, moneo, doceo* (a) et multa, quae his propinqua (b) sunt aut ex his composita (c), adsciscunt alterum accusativum:

a.

CIC. Non te celavi sermonem T. Ampii.

CIC. Haec sunt illa, quae me Crassus ludens flagitabat.

NEP. Relatum legent, quis *musicam* docuerit Epamiondam.

b.

LIV. Achaei auxilia regem orabant.

¹ Vide de dat. n. 227 et sqq.

CIC. *Magistratum nummos* poposcit.

CIC. Bacilius de privatis *me* primum *sententiam* rogavit.

c.

CIC. Ad Verrem adierunt, ut *eum* *simulacrum* Cereris reposcerent.

PLAUT. Hoc, *quod te* interrogo, responde.

SALL. Catilina *juventutem mala facinora* edocebat.

* 112. *Celo, rogo, moneo, doceo* sumunt ablativum *rei* cum *de* (a); *celo* etiam dativum personae (b); *moneo* et *commonefacio* genitivum *rei* (c):

a.

SALL. *De itinere* hostium senatum docet.

CIC. Bassus noster me *de hoc libro* celavit.

CIC. Neque praesens filius te *de liberorum caritate* commonebat.

b.

HIRT. Quod neque *Alexandrinis* celari posset in apparanda fuga.

NEP. Id *Alcibiadi* celari diu non potuit.

c.

SALL. Catilina admonere alium *egestatis*, alium *cupiditatis*, complures *periculi* aut *ignominiae*.

CIC. Nemo est, quin *tui sceleris* ex illa oratione commonefat.

LIV. Legatos miserunt, qui admonerent *foederis* cum Romanis.

* 113. Alterum accusativum *peto* et *erudio* vix admittunt (a); *instituo*, *instruo*, *informo* nullo modo (b):

a.

QUINT. *Quidquid petii patrem*, exoravi.

STAT. Et quae te *leges praeceptaque fortia* belli erudit genitrix?

b.

CIC. Jam senex institui *lyra* non erubescet.

CIC. Artes, *quibus* aetas puerilis ad humanitatem informari solet.

PETR. *Salubribus praeceptis* juvenes instruere.

† 114. Alter accusativus manet in passiva voce:

CAES. Petrejus atque Afranius *stipendium* ab legionibus flagitantur.

OV. Nec tantum *segetes alimentaque debita* poscebatur humus.

SALL. Caesar *togatus sententiam hujuscemodi* verba loquutus est.

5. Verba cum ablativo.

* *115. Impleo, muto, vestio* (a) similiisque (b) his et contraria (c) gaudent ablativo:

a.

PLAUT. Dolia nisi erunt semper plena, ego te implebo *flagris*.

HOR. Diruit, aedificat, mutat quadrata *rotundis*.

CIC. Natura oculos *membranis tenuissimis* vestivit.

b.

CIC. *Omnibus eum contumeliis* onerasti.

CIC. Deus *bonis omnibus* explet mundum.

PLIN. Zeuxis opera sua *nullo satis pretio* permutari posse dicebat.

c.

CIC. Apollonium *omni argento* spoliasti.

CIC. *Magno me metu* liberabis, dummodo inter te atque me murus intersit.

LIV. *Castris* exuerunt hostem.

* *† 116. E quibus induo et exuo* ablativum mutant accusativo (a), *impleo et compleo* genitivo (b):

a.

OV. Jam dudum *vincula* pugnat exuere ipse sibi.

CIC. Non dixi hanc togam, *quam sum* indutus.

CURT. Revocatus *vestem* fratris induitur.

b.

PLAUT. Parasitus me complevit *formidinis*.

LIV. Multitudinem *religionis justae* implet.

CIC. Non potes ollam *denariorum* implere.

* *† 117. Aspergo, dono, impertio, induo, infundo, interdico* et alia gaudent accusativo personae et ablativo rei (a); vel dativo personae et accusativo rei (b):

a.

CIC. Tarentini *hunc civitate ceterisque praemiis* donarunt.

HOR. *Penetralia* sparsit nocturno *cruore hospitis*.

SUET. Neque adveniens neque proficisciens *quemquam osculo* impertivit.

CIC. Male rem *gerentibus patribus bonis* interdici solet¹.

b.

CIC. *Mihi populus Romanus immortalitatem* donavit.

CIC. Sparsit *nummos populo de rostris*.

CIC. Terentia impertit *tibi multam salutem*.

LIV. *Feminis* dumtaxat purpurae *usum interdicimus*.

* *† 118. Afficio* notionem suam ex ablativo complet:

CIC. Quid absurdius quam res sordidas et deformes deorum *honore afficere*?

CAES. Pertinaciam *magna poena* esse afficiendam judicabat.

ENN. *Inuria abs te afficiar indigna*, pater.

* *† 119. Ablativum regunt abundo, careo, egeo, fruor, fungor, mano, pluo, potior, utor, vaco, vescor et alia:*

¹ Quae oratio conversa in activam haberet accusativum *patres gerentes* et ablativum *bonis*; aut accusativum *bona* et dativum *patribus*.

TIBULL. Fertilis aestiva Nilus abundat aqua.

SEN. Chrysippus ait sapientem nulla re indigere.

NEP. Propter suas occupationes minus saepe quam vellet Attico fruebatur.

CIC. Valetudo opportuna est, ut muneribus fungare corporis.

CIC. Nihil honestum est, quod justitia vacat.

LIV. Nuntiatum patribus est in Albano monte lapidibus pluisse.

^f 120. Ex quibus potior genitivum vel accusativum admittit (a); pluo, vescor, utor accusativum (b); egeo, indigo genitivum (c):

a.

CIC. Exploratum est posse te illius regni potiri.

CIC. Cleanthes solem dominari et rerum potiri putat.

NEP. Ii summam imperii potiuntur.

b.

LIV. In area Vulcani sanguinem pluit.

PHAEDR. Milvus coepit vesci singulas columbas.

CAT. Villica vicinas quam minimum utatur.

c.

CIC. Gravitas morbi facit, ut medicinae egeamus.

CIC. Virtus plurimae exercitationis indiget.

CIC. Jam illa non tam artis indigent, quam laboris.

6. Verba cum ablativo et praepositione.

^f 121. Ablativum cum praepositione regunt verba pendendi (a), pereontandi (b), auferendi (c), arcendi (d), accipiendi (e), intelligendi (f):

a.

CIC. Hic vitam a L. Sulla deprecatus est.

NEP. Athenienses auxilium a Lacedaemoniis petiverunt.

b.

CIC. Non quaero abs te, quare patrem Roscius occiderit.

CIC. Percontatur ex anicula, quanti venderet.

c.

CIC. Provincias consulares abstulit a senatu.

CIC. Poma ex arboribus, si cruda sunt, difficulter evelluntur.

d.

CIC. Clodii furores a cervicibus vestris repuli.

CIC. Jupiter, hunc a tuis aris, a tectis urbis, a vita civium arcebis.

e.

CIC. Praeclarum a majoribus accepimus morem.

CIC. A viris virtus nomen mutuata est.

f.

CIC. Ea certissima putabo, quae ex te cognoro.

CIC. Audivi hoc de parente meo puer.

^f 122. His accedunt, quae differentiam (a) et disensionem (b) significant; quibus dativus etiam pro ablativo datur (c):

a.

CAES. Neque multum Britanni a Gallia differunt consuetudine.

CIC. Belluae secernunt pestifera a salutaribus.

CIC. Ut intelligatis discrepare ab aequitate sapientiam.

b.

CIC. Id Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio.®

CIC. Temeritas a sapientia dissidet plurimum.

CIC. Dissentit cum Mario L. Sulla.

c.

SEN. Ne orationi vita dissentiat.

HOR. Infido scurræ distabit amicus.

HOR. Scire volam, quantum discordet parcus avaro.

V. Constructio participii.

* 123. *Participia regunt casus verborum, unde orta sunt:*

CIC. Tiresiam nunquam inducunt poëtae deplorantem caecitatem suam.

CIC. Despectum a ceteris, adulantem omnes videre te volui.

LIV. Ancus ingenti praeda potitus Romam rediit.

CIC. Totus est ab his, a quibus tuendus erat, derelictus.

CURT. Alexander vestem detraxit corpori projecturus semet in flumen.

† 124. *Exosus, perosus, pertaesus donantur accusativo:*

CURT. Patrias mores exosus est.

LIV. Plebs nomen regum perosa erat.

SUET. Pertaesus ignaviam suam est.

† 125. *Participia quaedam passiva vim habent activorum; maxime cautus, coenatus, consideratus, disertus, falsus, potus, pransus, profusus, tacitus:*

HOR. Neu pransae lamiae vivum puerum extrahat alvo.

CIC. Bene potus domum redieram.

SALL. Ambitus multos mortales falsos fieri subegit: aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere.

CIC. Rem tacitus praeterire nullo modo possum.

† 126. *Participia praesentis temporis (a), nonnulla etiam practeriti (b) nominum instar genitivo gaudent et gradus indunt. (c):*

a.

CIC. Romani semper appetentes gloriae fuerunt.

CAES. Nemo erat adeo tardus et fugiens laboris.

CURT. Darius nullius salubris consilii patiens erat.

b.

SALL. Catilina alieni appetens, profusus sui.

CIC. Tam acer in ferro et tam insuetus contumeliae.

TAC. Lentitudinis eorum pertesa est.

c.

CIC. Ego ita judico nihil illo regno spoliatus.

CIC. Haec tu, omnium mortalium profligatissime, sciebas.

CIC. Ad nos amantissimos tui veni.

VI. Constructio gerundii.

* 127. *Gerundia sunt alia substantiva, quae ponuntur absolute (a, c); alia adjectiva, quae concordant nomini (b). Substantiva alia sunt activa, quae actionem (a); alia passiva, quae passionem (c) significant:*

a.

VARRO. Boves arandi causa quadrimos parandum est.

LIV. Nec triumviri accipiendo nec scribae referendo sufficerent.

SALL. Neque ego callidam facundiam ad maleficiendum exercui.

b.

CIC. Mei capitis servandī causa Romam Italia tota convenit.

LIV. Agite dum, comitia tribunis militum creandis indicite.

CAES. Minimum spatium ad se armados dabatur.

c.

SEN. Si quis ad verberandum ducatur, eo die verberari piaculum est.

JUST. Puer missus est Athenas erudiendi causa.

PLIN. Ficus Alexandrinae vix sunt vescendo.

† 128. *Gerundia variantur per casus (a) et regunt quos sua verba (b) et reguntur ab adjectivis (c) et a substantivis (d) et a praepositionibus (e):*

a.

LIV. Sensit Perseus, cuius nominis obliviscendum victo est.

CAT. Oleam ne tangito utendi causa.

PLIN. Charta emporetica inutilis est *scribendo*.

VAL. MAX. Aram Fortunae *faciendum* curavit.

CIC. Hominis mens *descendo* alitur.

b.

CAT. *Monendum* est te mihi, bone Egnati.

CIC. Sum *cupidus* te *audiendi*.

LIV. Consul eandem ferociam habuit ad non *parendum* senatui.

c.

VIRG. *Fandi* doctissima Cymodocea.

PLIN. Ferrum rubens non est *habile* *tundendo*.

TAC. *Periti* imperitique *nandi* perinde attolluntur.

d.

PLAUT. Nunc tibi *potestas* *adipiscendi* est gloriam.

CIC. *Audiendi* delectatione ducitur.

CIC. Hirtium ego et Dolabellam *dicendi* *discipulos* habeo, coenandi magistros.

e.

PLIN. Doctissimis sermonibus diem transigebat, cum a *scribendo* vacaret.

VIRG. Equi *ante* *domandum* ingentes tollunt animos.

QUINT. Plus eloquentia *circa* *movendum* valet.

QUINT. Scribendi ratio conjuncta *cum* *loquendo* est.

LIV. Praelia *de* *occupando* ponte crebra erant.

CIC. *Ex* *defendendo* quam *ex* *accusando* uberior gloria comparatur.

TER. Contrivi *in* *quaerendo* aetatem meam.

LIV. *Inter* *spoliandum* corpus hostis veruto percussus exspiravit.

CIC. Eum, a quo pecuniam *ob* *absolvendum* acceperis, condemnas.

PLAUT. *Pro* *vapulando* mercedem petam.

HOR. *Super* *jugandis* feminis decreta.

† 129. Gerundio nominativi jungitur dativus agens (a), quod in futurum passivum saepius vertitur (b):

a.

CIC. Tamquam confeceris longam viam, quam nobis quoque ingrediendum sit.

CIC. Suae cuique utilitati serviendum est.

PLAUT. Opinor, mihi adventienti hac nocte agitandum est vigilias.

b.

TER. Chremes mihi exorandus est.

CIC. Non paranda nobis solum, sed fruenda etiam sapientia est.

TER. Syrus est exhortandus mihi.

† 130. Gerundia in *di* attrahunt genitivum, quod tum cernere est, quon terminus pluralis est (a) aut femininus (b)¹:

a.

PLIN. Illorum *videndi* causa me in forum contuli.

CIC. Antonio facultas datur agrorum suis latronibus *condonandi*.

CIC. Honestum est facere omnia, aut *voluptatis* causa aut *eorum*, quae secundum naturam sint, *adipisci*.

b.

PLAUT. Mihi item ut parentes das lucis *tuendi* copiam.

TER. Ego Philumenae *videndi* cupidus recta consequor.

Ov. Spem *placandi* dantque adimuntque *tui*².

131. Si terminus gerundii hujus fuerit pronomen, vix licet ponи adjective gerundium; sed aut fit attractio (a) aut ponitur pronomen in accusativo (b):

¹ Vide appendicem, n. 407.

² Fit sermo ad feminam.

a.

CAES. Frequentes ad eum extra castra venerunt *sui purgandi* causa¹.

CIC. Ingenuit animantibus *conservandi* *sui* natura custodiam.

LIV. Non vereor, ne quis me hoc *vestri adhortandi* causa loqui existimet.

b.

LIV. Gallica acies nullum spatium *recipiendi* se dedit.

SALL. Jugurtham libido *extinguendi* me invasit.

CIC. Sum cupidus te *audiendi*².

[†] 132. Quia gerundium a nominativo praecedi non potest³ et necesse est, ut ejus actio vel passio alicui supposito adscribatur, ideo, praeter impersonale (c), usurpari non potest, nisi e proximo subaudiatur suppositum actionis (a) vel passionis (b):

a.

SALL. M. Marcellus *petundi* causa missionem rogat.

PLAUT. Ancillae *eluendo* operam dederunt.

CIC. Quum Philogenes Laodiceam ad me *salutandi* causa venisset, has ei litteras dedi.

b.

VARRO. Diebus paucis boves erunt mansueti et ad *demandum* proni.

VELL. Cives Romanos ad *censendum* ex provinciis in Italiam revocarunt.

PLIN. Ficus Alexandrinae vix sunt *vescendo*.

c.

CIC. Alii omne officium referunt ad non *dolendum*.

QUINT. Alia *docendi*, alia *movendi* causa dicenda sunt.

HIRT. Utrumque processum est ad *domicandum*.

¹ Neque enim diceretur: *sui purgandorum* causa.

² Tamen dicit Ov.: Sit modo *placandae* copia parva *tui*.

³ Ut in Ps.: In convertendo *Dominus* captivitatem, facti sumus sicut consolati.

133. Si suppositum nimis oblique subaudiatur, durius fit gerundium:

CIC. Nec mihi Regulus, quem Carthageniensis vigilando necaverunt, videtur supplicio affectus¹.

NEP. Sic se *gerendo*, minime est mirandum, si vita *ejus* fuit secura².

VII. Constructio supini.

* 134. Supina in *um* actionem significant (a), et passionem (b); et regunt verborum casus (a):

a.

SALL. Tribunitiam potestatem *eversum* profecti sunt.

PLAUT. Non tu me *argento* dedisti *nuptum*, sed *viro*.

VIRG. Non ego *Grajis servitum matribus* ibo.

HOR. *Lusum* it Maecenas, *dormitum* ego Virgiliusque.

b.

PLAUT. Coctum ego, non *vapulatum* conductus sum.

PLAUT. Mihi istaec videtur *praedatum* irier.

CAT. Contumelia mihi per hujuscet petulantiam *factum* itur.

135. Supinum cum *iri* supplet tertiam vocem passivam (a), cum *ire* primam activam (b):

a.

TER. Audierat *datum iri* filio uxorem.

CIC. Ait Pompejus se prius *occisum iri* ab eo quam me *violatum iri*.

CAES. Longius eam rem *ductum iri* existimabant.

b.

PLAUT. Qui magis poteratis mihi *habitum ire* honorem?

¹ Regulus enim vigilavit, non Carthaginenses.

² Durius illud ULP.: «Elegit cum Dominus sacerdotem sibi ad sacrificandum ei hostiam laudis.» Durissimum illud ULP.: «Si bona pupilli creditores possidere coeperint, deminutio ex his fieri debet, *pupilli vescendi* causa.»

LIV. Vitricus tuus vitam tuam *perditum ire* properat.
PLAUT. Siccine oportet *ire* amicos amanti operam *datum*?

* 136. *Supina in u* *passionem significant* (a), *vix actionem* (b); *casum non regunt, reguntur autem ab adjectivis plerumque* (a) *et fuent nomina, si eis adjectivum accedit* (c):

a.

CIC. Quid est tam jucundum cognitu atque auditu quam sapientibus sententiis ornata oratio?

CIC. O rem quum dictu crudelem tum visu nefariam.

TAC. Germanos et, *pudet dictu*, Britannorum plerosque vidimus.

CIC. Videtis *nefas esse dictu* miseram fuisse Fabii selectum.

b.

STAT. Quem tu *venatu redditurum* in limine opperiens.

TAC. Oppidum Brundusium naviganti *fidissimum adpulsum* est.

PLAUT. Redeo *obsonatu*¹.

c.

CIC. Consurgit Scaptius magno natu.

GELL. Eos versus *assiduo memoratu* dignos puto.

PLAUT. Tuo *arcessitu* huc veni.

VIII. Constructio ceterorum verbalium.

137. Sunt quaedam *in b*undus verbalia (a), item *in io* (b) aut *us* (c), quae casus verborum amant; alia *in bilis*, quae *dativum* (d); alia *in ax, ius, idus, osus*, quae *genitivum* (e):

a.

SALL. *Vita*bundus *classem* hostium ad oppidum pervenit.

LIV. *Haec* prope *concionabundus* circumbat homines.

JUST. Exspiravit Epaminondas quasi *gratulabundus patriae*.

¹ H. e.: Redeo ex obsonando.

b.

CIC. Cethegi *projectio in Hispaniam*.

CIC. Justitia est *obtemperatio scriptis legibus*.

PLAUT. Quid tibi *amicam meam aditio* est, quid tibi *hanc, inquam, notio* est?

c.

CIC. Animis, cum e corpore excesserint, *reditus ad coelum* patet.

LIV. Septem *exitus e domo* fecerat.

CIC. *Aditus in id sacrarium* non est viris.

d.

CIC. *Ei* pax praesertim civilis fuit *optabilis*.

CIC. *Amabilior mihi* Velia fuit, quod te ab ea sensi amari.

VIRG. Hic oleaster, *nautis olim venerabile lignum*¹.

e.

VIRG. Fama tam *ficti pravique tenax* quam nuntia veri.

CAES. *Alicujus injuriae* sibi *conscius* fuisset.

LIV. Improvidus futuri certaminis.

CIC. Pythagoras *scientiae studiosos* appellat philosophos.

IX. Constructio adverbii.

1. Adverbia generatim. — 2. Adverbia singulatim.

1. Adverbia generatim.

+ 138. Adverbia dantur non solum verbis (a), sed etiam adjectivis (b) et ipsis adverbii (c):

a.

HOR. Sic raro scribis, ut toto non quater anno membranam poscas.

CIC. Nonnumquam ea, quae praedicta sunt, minus eveniunt.

TER. Minis viginti eam emisti; quae res tibi *vertat male*.

¹ Haec *in bilis* vix sunt activa: VIRG. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.

b.

- HOR. Tabulas *multum* Nasica *negatas* accipit tandem.
 CIC. *Quinque omnino* fuerunt, qui Oppianicum absolverent.
 TER. Nihil videtur mundius nec *magis elegans*.

c.

- CIC. Terentia *minus belle* habuit.
 CIC. Rem te *valde bene* gessisse rumor erat.
 CIC. *Parum diu* vixit.

139. *Adverbia casum accipiunt ex natura (a) vel gradu (b) adjectivorum, unde orta sunt:*

a.

- CIC. Dixit *convenienter sententiae suae*.
 CIC. *Caesari obviam* longissime processisti.
 CIC. Medici officium est curare *ad sanandum apposite*.

b.

- CIC. Nemo est, qui tibi *sapientius te ipso* suadere possit.
 CIC. *Omnium oratorum* loquitur *elegantissime*.
 CIC. Piso *maxime ex omnibus*, qui ante fuerunt, Gracis doctrinis eruditus fuit.

140. *Adverbia in um dantur plerumque positivis (a), in o comparativis et superlativis (b):*

a.

- CIC. *Parum multi* sunt, qui nobilitatem ament.
 CIC. In rebus apertissimis *nimum longi* sumus.
 VIRG. *Multum ille* et terris *jactatus* et alto.

b.

- CIC. *Multo pauciores* oratores quam poetae boni reperiuntur.
 CAES. *Maturius paulo* quam tempus anni postulabat.
 CIC. Mihi semper frequens conspectus vester *multo jucundissimus*.

141. *Pro adverbii ponuntur aliquando adjectiva neutro genere singulari (a) vel plurali (b) vel facta concordantia (c):*

a.

- HOR. Cur in amicorum vitis tam cernis *acutum* quam aquila?

STAT. Magni memor illa mariti it *torvum lacrymans*.

b.

- VIRG. Ardentem et *torva* tuentem lenibat dictis.
 VIRG. Mutati venti *transversa* fremunt.

c.

- LIV. *Priori Remo* augurium venisse fertur¹.
 CIC. Roscius erat Romae *frequens*.
 VIRG. Aeneas se *matutinus* agebat.

2. *Adverbia singulatim.*

NOTA. Exponam ea, quae in construendo habent aliquid notatum dignum. Cetera prope innumera in lexicis quaerenda sunt.

† 142. *Abunde, instar, nimis, parum, satis et alia regunt genitivum (a), nisi ponuntur absolute (b):*

a.

- SUET. Se jam pridem *potentiae gloriaeque* abunde adeptum.
 CIC. *Nimis insidiarum* ad capiendas aures adhibet.
 SALL. *Satis eloquentiae, sapientiae* parum.
 CIC. Plato mihi unus *instar* est *omnium*.

b.

- CIC. Si *satis* consilium quadam de re haberem.
 SALL. Parentes *abunde* habemus.
 PLAUT. Ut tuis *parum* sit apud te fides.
 ULP. Proponatur *instar* quoddam et quasi facies operis.

¹ H. e.; Prius Remo quam Romulo.

010892

t 143. En et ecce accusativo junguntur, item pridie et postridie (a); haec etiam genitivo (b), illa nominativo (c):

a.

CIC. Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.
CIC. Me in Tusculano pridie nonas convenerunt.

b.

CIC. Haec scripsi postridie ejus diei.
ULP. Etiamsi pridie kalendarum fecerit.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

CIC. Ecce tibi ex adverso Lansacenus.
CIC. En causa, cur dominum servus accuset.

144. Admodum, apprime, per, perquam, valde et similia fere praeponuntur positivis (a); tamen longe, multo, quam ipsis etiam superlativis (b):

a.

CAES. Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus.

TER. Scis fratrem ejus esse apprime nobilem.

CIC. Per mihi mirum visum est.

CIC. Id mihi quidem perquam puerile videri solet.

b.

CIC. Ex pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videtur.

CIC. Arrogantia ingenii est multo molestissima.

CIC. Mihi Cuspius quam maximas quam saepissime gratias agit.

145. Tametsi magis ad qualitatem pertinet (a), plus ad quantitatem (b); saepe tamen commutantur (c):

a.

TER. Non Apollinis magis verum quam hoc responsum est.

VIRG. O luce magis dilecta sorori.

b

MART. Speranti plures venerunt plusve minusve duae.

CIC. Paulo plus furor Pulchelli progreedi posset.

c.

QUINT. Cum verbo idem verbum plus significanter sub-
jungitur.

CIC. Annos natus magis quadraginta.

146. Nedum valet quanto minus (a) et vix ponitur in prima parte (b):

a.

TER. Satrapa, si eam duxerit, nunquam sufferre ejus sumptus queat; nedum tu possis.

CIC. Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari.

LIV. Consules vel in pace tranquilla bellum excitarent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri.

b.

BALB. AD CIC. Nedum hominum humilium, sed etiam amplissimorum consilia ex eventu probari solent.

147. Partim non solum adverbiorum more ponitur (a), sed etiam nominum (b):

a.

CAT. Circum vias ulmos serito, partim populos, ubi frondem ovibus et bubus habeas.

CAT. Bubuleis obsequitor, partim quo libentius boves current.

b.

CIC. Partim ex illis distracti ac dissipati jacent.

LIV. Partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad urbem dicit.

148. Sunt adverbia, quae adsciscunt aliquas conjunctiones: Aequi (a), aliter (b), contra (c) admittunt ac, atque, quam:

a.

CIC. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberet qui *aequa ac tu ipse* gauderet?

CIC. Me colit *aequa atque* patronum suum.

b.

CIC. Ne sim salvis, si *aliter* scribo *ac* sentio.

CIC. Ne *aliter quam* ego velim, laudet ingenium meum.

CIC. Aliquid factum diceretur *contra atque* oporteret.

CIC. De vestro jure *contra quam* posueram disputabo.

149. *Ante, prius adsciscunt quam cum indicativo (a) vel subjunctivo (b):*

a.

CIC. Necessitudinem habui cum domo vestra *ante aliquanto quam* tu natus es.

TER. Omnia experiri certum est *prius quam pereo.*

b.

CIC. Causa *ante mortua* est *quam tu natus es.*

VIRG. Nec *prius absistit quam septem corpora fundat humi.*

150. *Commodum adsciscit quum:*

CIC. *Commodum* ad te dederam litteras, *quum* ad me bene mane Dionysius fuit.

CIC. *Commodum* discesseras heri, *quum* Trebatius ad me venit.

151. *Hoc, eo adsciscunt quo in comparando:*

CIC. *Hoc* magis est testimonium amoris mei, *quo* maturius tibi quam ceteris nuntiavi.

CIC. Quarum rerum *eo* gravior est dolor, *quo* culpa major.

CIC. *Hoc* audio libentius, *quo* maturius.

152. *Interea poscit dum, quoad:*

CAES. *Interea* manerent induciae, *dum* ab illo rediri potest.

CAES. *Interea quoad* fides esset data Caesarem facturum, quae pollicetur.

CIC. Haec *dum* aguntur, *interea* Cleomenes jam ad Pelori litus pervenerat.

153. *Juxta poscit ac, atque, cum:*

LIV. Absentium bona *juxta atque* interemptorum divisa fuerunt.

LIV. Vestrum nomen imperiumque *juxta ac* deos immortales intuetur.

SALL. Nunc vero, quo in loco res nostrae sint, *juxta mecum* omnes intelligitis.

154. *Parumper et paulisper admittunt dum:*

PLAUT. *Paulisper* remitte restem, *dum* concedo et consulo.

TER. *Dum* exeo, *parumper* oppere hic.

CIC. *Paulisper*, *dum* se uxor, ut fit, comparat, moratus est.

155. *Perinde adsciscit ut, atque, quasi:*

CIC. Vereor ut hoc, quod dicam, *perinde* intelligi auditu possit, *atque* ego cogitans sentio.

CIC. Non *perinde*, *ut* est reapse, percipere ex litteris potuisti.

CIC. Metelli sperat sibi quisque fortunam *perinde*, *quasi* certi quidquam sit in rebus humanis.

156. *Prae sumit ut, quam:*

PLAUT. Parum etiam, *prae ut* futurum est, praedicas.

PLAUT. Modestior quidem nunc est, *prae ut* dudum fuit.

PLAUT. Parva res est voluptatum in vita, *prae quam* quod molestum est.

157. *Praeter gerit quam (a), quae particula desideratur aliquando (b):*

a.

TER. Mihi videre facere *praeter quam* res te adhortatur tua.

LIV. *Praeter quam* quod admissi sunt, irrita legatio fuit.

b.

Ov. Nil *praeter salices cassaque vanna* fuit.

SALL. Ceterae multitudini diem statuit *praeter* rerum capitalium *condemnatis*.

CIC. Nullas adhuc litteras acceperam, *praeter* quae mihi binae in Trebulano redditae sunt¹.

158. Pridie et postridie admittunt *quam*:

CIC. Domum deductus est *pridie quam* excessit e vita.
 CIC. Haec epistola *pridie* data est *quam illa*.
 CIC. Quid causae fuerit *postridie* intellexi *quam* a vobis discussi.

159. Simul adscit ac, atque, ut (a), *quae etiam supprimuntur* (b):

a.

CIC. *Simul ac* mihi collibitum est, praesto est imago.

CIC. *Simul ac* sensit, Romam confugit.

CIC. Omne animal, *simul ut* ortum est, se ipsum diligit.

b.

CIC. *Simul* inflavit tibicen, carmen agnoscitur.

CIC. *Simul* aliquid audiero, scribam ad te.

CIC. *Simul* clamor est exauditus, Aetoli desertis stationibus in arcem confugiunt.

¹ Nisi mavis subaudire eas.

X. Constructio praepositionis.

NOTA. Exponam praecipuas: ceteras in lexicis quaerito.

† 160. *A* praeponitur solis consonantibus (b), *ab* et vocalibus et consonantibus (a): significat autem originem (a), causam (b), distantiam (c) et tempus *ex quo* (d):

a.

LIV. Sinus maris, *ab nomine* propinquae urbis, Ambracius appellatur.

MART. Tigris *ab Hircano* gloria clara jugo.

LIV. Turnus *ab Aricia* ferociter in Tarquinium erat invictus.

b.

CIC. Mare, quia nunc *a sole* collucet, albescit et vibrat.

CIC. Nihil est valentius, *a quo* ratio intereat.

LIV. Urgebat Gallos pestilentia castra habentes loco *ab incendiis* torrido.

c.

CAES. *A millibus* passuum duobus castra posuerunt.

PLIN. Jam prope *a muris* habemus hostem.

CAES. Passus sexcentos *ab his castris* idoneum locum delegit.

d.

VARRO. *A bima* aut *trima* fructum ferre incipit vacca.

CIC. Quod augures omnes usque *a Romulo* decreverunt.

CIC. Utinam *a primo* tibi esset visum.

161. *Observa illa:*

A tergo tenetur hostis. — *Non abs re* erit subtexere. — *Timet a suis*. — *Stat a mendacio* contra verum. — *Imparatus a pecunia*. — *A puerō*. — *Ab hora* septima. — *Ab integro*.

† 162. *Ad* significat non solum motum *quo* (a), sed etiam locum *ubi* (b), finem (c), comparationem (d):

a.

SUET. Aquila duos corvos affixit et *ad terram* dedit.

CIC. Ego *ad quos* scribam nescio nisi *ad eos*, qui *ad me* scribunt.

b.

CIC. Miles depugnavi *ad Thermopylas*.

CIC. Castra *ad Cabystra*, quod est *ad montem Taurum*, locavi.

CIC. Signa exposita sunt *ad Cajetam*.

c.

CIC. Potestate, quam tu *ad dignitatem* permisisses, *ad quaestum* uteretur.

CIC. In aedibus monumentum reipublicae collocavit *ad dolorem* bonorum omnium.

d.

CIC. Terra in medio mundo sita *ad universi coeli complexum* puncti instar obtinet.

TER. Estne, ut fertur forma? Sane, sed nihil *ad hanc nostram*.

163. *Ad* cum genitivo ponitur subauditio templum vel aedium (a); item absolute cum quovis casu (b):

a.

HOR. Ventum erat *ad Vestae*, tertia jam parte diei praeterita.

CIC. Senatus *ad Apollinis* habitus est.

CIC. Pecunia utinam *ad Opis* maneret.

b.

CAES. Occisis *ad quatuor hominum millibus*.

LIV. Cecidere in pugna fugaque *ad duo millia* et *quinquaginta* civium sociorumque.

CAES. *Ad* duorum millium numero fuerunt.

164. *Observa illa:*

Discere *ad verbum*. — Canere *ad tibiam*. — Edere *ad satietatem*. — Implere vas *ad fauces*. — Adesse *ad dictam diem*. — Bonus *ad speciem*. — Facere *ad amussim*; *ad unguem*; *ad perpendiculum*.

165. *Ante non modo locum, sed etiam tempus significat atque aestimationem:*

CIC. Ab eis petivit, ut *ante hortos* suos piscarentur.

VIRG. *Ante Jovem* nulli subigebant arva coloni¹.

SALL. Facundia Graeci *ante Romanos* fuerunt.

166. *Observa illa:*

Factus consul *ante tempus*. — *Ante diem tertium* calendas.

— Felix *ante alias* Priameia virgo. — Dulces *ante omnia* musae.

167. *Citra opponitur ultra estque pro sine:*

CIC. Locus est *citra Leucadem*.

COLUM. *Citra kalendas Octobris* seminare convenit.

COLUM. Dare glandem capris *citra satietatem*.

168. *Cum non solum societatem significat, sed etiam oppositionem et modum:*

CIC. *Cum Pansa* vixi in Pompejano.

CIC. *Cum hoste* cominus in acie saepe pugnavit.

TAC. Jussos dicta *cum silentio* accipere necessitatis admonuit.

169. *Observa illa:*

Esse cum telo. — *Esse cum imperio*. — *Cogitare cum animo*. — *Facere cum malo*; *cum periculo*; *cum eo ut*.

† 170. *De significat originem (a), deductionem (b), causam (c), materiem (d) et alia:*

¹ H. e.: Ante quam regnaret Jupiter.

a.

VIRG. Genitrix *de gente vetusta* est mihi.

Ov. Libyca *de rupe* leones.

SUET. *De mausoleo* audita est vox.

b.

CAT. Brassica *de capite* omnia mala deducet et sanum faciet.

CIC. Ferrum *de manibus* extorsimus.

CIC. Nomen suum *de tabula* sustulit.

c.

CIC. Flebat pater *de filii morte*.

CURT. Non *de regno* Asiae, sed *de rege* sanguis est fundendus.

CIC. Provide, ne quid ei desit, *de qua* scis me miserrimum esse.

d.

CIC. Judicium est non *de re pecuniaria*, sed *de fama* Quintii.

CIC. Regulus *de captivis commutandis* Romam missus est.

AD CIC. Sulla legatus ad senatum *de Rhodiorum praemiis* venerat.

171. *Observa illa:*

Agere *de sella*. — Pugnare *de genu*. — Vigilare *de nocte*.
— Sumere poenas *de sontibus*. — Nosse *de facie*. — Recitare *de scripto*. — De nihilo irasci. — Facere *de industria*; *de integro*; *de improviso*.

† 172. *Ex* non solum partitionem significat (45) et locum *unde* cum motu (276), sed etiam locum *unde* cum quiete (a); item materiem (b), causam (c), compositionem (d), mutationem (e), modum (f):

a.

CAER. Orgetorigem *ex vinculis* causam dicere coegerunt.

CIC. Ille *ex cruce* Italiam cernere ac domum suam prospicere poterat.

CIC. *Ex villa* audieram fremitum clientium meorum.

b.

CIC. Fuit apud Segestanos *ex aere* simulacrum Diana.

CIC. Vas vinarium *ex una gemma* praegrandi.

CIC. Ennius in sepulcro Scipionum est constitutus *ex marmore*.

c.

CIC. *Ex lassitudine* arctius dormit.

LIV. Viderunt *ex gravitate* loci vulgari morbos.

QUINT. Videbant quosdam *ex vino* vacillantes.

d.

PAUT. Jam dudum sputo sanguinem — Resinam *ex melle* devorato.

CELS. Bibat jejonus *ex aqua* Castoreum.

CELS. Panis *ex vino* est modici ponderis.

e.

CIC. *Ex homine* factus verres.

CIC. Nihil est tam miserabile quam *ex beato* miser.

PLAUT. Possum tranquillum facere *ex irato*.

f.

TAC. Utinam istuc verbum *ex animo* ac vere dices! R

CIC. Feliciter et *ex mea sententia* rempublicam gerimus.

CIC. Ut spero, statues *ex nostra dignitate*.

173. *Observa illa:*

Stat *ex regione*; *ex adverso*. — Me aliud *ex alio* impedit.
— Laboro *ex renibus*. — Requiesco *ex labore*. — Dixi *ex tempore*; *ex occasione*. — Facio *ex edicto*; *ex foedere*; *ex more*; *ex fide*.

174. *Extra* adhibetur cum quiete et motu (a) et ponitur
pro *praeter* (b):

a.

CURT. Legati responderunt esse templum Herculis *extra urbem*.

CAES. Hi sunt *extra provinciam* trans Rhodanum primi.

CIC. *Extra hos cancellos* egredi conabor.

b.

CIC. *Extra ducem* reliqui rapaces.

LIV. Ad haec, quae interrogatus es, responde: *extra ea* cave vocem mittas.

PLAUT. Ille segregat ab se omnes *extra te unam*.

175. *Observa illa:*

Sum *extra noxam*. — Facis *extra modum*; *extra causam*; *extra morem*. — Fuit *extra conspectum*; *extra pretium*; *extra ordinem*.

† 176. *In quietem* significans aut motum in loco vult ablativum (a); item statum referens aut conditionem (b) aut id, quo actio pertinet (c), aut posita pro *inter* vel *apud* (d):

a.

CIC. Haec *in foro* palam Syracusis in ore atque in oculis provinciae gesta sunt.

CIC. *In viridi ripa* inambulabat.

VARRO. Est circa Minervium, qua *in Caelio* monte itur¹.

b.

CIC. Mirificam cepi voluptatem ex tua diligentia, quod *in summis tuis occupationibus* mihi tamen reipublicae statum per te notum esse voluisti.

¹ Non ad montem, sed per montem.

CIC. Hi sunt coloni, qui se *in insperatis pecuniis sumptuosius* jactaverunt.

CIC. Hoc adpersi, ut scires me tamen *in stomacho* solere ridere¹.

c.

CIC. *In hoc homine* nullam accipio excusationem.

SALL. *In hominibus impiis* sceleris oblii de poena disserunt.

CIC. Fortes fueritis *in eo*, quem nemo sit ausus defendere.

d.

CAES. Caesaris nomen *in barbaris* erat obscurius.

CIC. Thales sapientissimus *in septem* fuit.

CIC. Peto, ut eum amplectare, diligas, *in tuis* habeas.

177. *Observa illa:*

Adesse *in tempore*. — Libri sunt *in manibus*. — Tabulae sunt *in medio*. — Res est *in ambiguo*; *in integrō*; *in tuto*; *in aperto*; *in confesso*; *in promptu*. — Aderat consul *in toga*; *in sago*. — Respublica erat *in armis*. — Est *in honore*; *in timore*; *in eo ut*.

† 178. *In* significans motum ad locum vult accusativum (a); item partitionem referens vel distributionem (b) aut mutationem (c) aut finem (d) aut tempus (e) aut posita pro *erga* vel *contra* (f):

a.

CIC. Isocrates philosophiam in urbibus collocavit et *in domos* introduxit.

CIC. Antiocho licuerit remigrare *in domum veterem* e nova.

TAC. Id Smyrnam *in concionem* nuntiatum foret.

b.

CIC. Describebat censores binos *in singulas civitates* Timarchides.

¹ H. e.: Quum sum stomachatus.

- CAES. Gallia omnis divisa est *in partes tres*.
LIV. Extulit eum plebs sextantibus collatis *in capita*.

c.

- CURT. *In sollicitudinem* versa fiducia est.
PLIN. Exusti tunduntur *in farinam*.
STAT. Divum *in vultus* formanda liquecat massa.

d.

- VELL. Somno et cibo *in vitam*, non *in voluptatem* utebatur.

- PLAUT. Hos accipias coquos obsoniumque *in nuptias*.
JUST. Sciant se pugnare non spe victoriae, sed *in mortis ultionem*.

e.

- LIV. Inducias *in triginta annos* impetraverunt.
CAES. Utrum statim necaretur, an *in aliud tempus* reservaretur.
CIC. Video quanta tempestas invidiae nobis, si minus *in praesens*, at *in posteritatem* impendeat.

f.

- CIC. Qua nos *in liberos nostros* indulgentia esse debemus.
CIC. *In hominem innocentem* novum supplicii genus excoxitavit.

- CAES. Nullum officiorum *in quemquam* genus omisit.

179. Observa illa:

- Tradere, sumere *in manus*. — Tollere *in humeros*. — Dare, accipere *in ditionem*. — Redire *in orbem*. — Disputare *in utramque partem*. — Crescere *in ventrem*. — Cubare *in latus*. — Laudare *in os*. — Jurare *in verba*. — Saltare *in numerum*. — Desinere *in piscem*.

180. Item illa:

- In speciem*. — *In universum*. — *In commune*. — *In posterum*. — *In antecessum*. — *In diem*. — *In dies*. — *In*

- totum*. — *In partem*. — *In pejus*. — *In melius*. — *In rectum*. — *In obliquum*.

181. Intra non solum quietem, sed etiam motum significat et refertur ad tempus:

- LIV. Lingones *intra Apenninum* se tenuere.
CIC. Nosse regiones, *intra* quas venias.
LIV. Centum tria oppida *intra paucos dies* in ditionem accepit.

182. Observa illa:

- Tenuit se *intra silentium*. — Fecit *intra legem*; *intra modum*; *intra finem* juris sui; *intra pudicitiam*; *intra quantum diem*, quam . . .

183. Post opponitur *ante* et dicitur de loco, tempore et a estimatione:

- CIC. Mamertini crucem fixerunt *post urbem*.
PHAEDR. Qui fert malis auxilium, *post tempus* dolet.
HOR. Neque erat Lydia *post Chloen*.

184. Observa illa:

- Post urbem conditam*. — *Post homines natos*. — *Post hominum memoriam*. — *Post annum tertium*, quam . . .

185. Per refertur ad locum (280) et tempus et significat instrumentum et modum:

- CIC. *Per membranas oculorum* cernimus.
LIV. *Per inducas* sepelire caesos.
ULP. *Per corbem* mensuram facere.
CIC. *Per summam fraudem* sextertios appetit.

186. Observa illa:

- Per somnum*. — *Per otium*. — *Per jocum*. — *Per me licet*. — *Potes per valetudinem*; *per actatem*. — *Tollit per vim*; *per potestatem*. — *Orat per deos*; *per dexteram istam*.

— Facit *per speciem amicitiae; per causam fungendae vici.*
 — *Per vos stat, ut . . .*

187. *Prae est ante et notat causam et comparationem:*

LIV. *Prae se agit armentum.*

PLAUT. *Prae laetitia lacrymae prosiliunt mihi.*

NEP. *Videbant Eumene recepto, omnes praे illo parvi futuros.*

188. *Praeter est secus et significat exceptionem et excessum:*

LIV. *Praeter ripam euntibus Romanis Galli occurrerunt.*

CIC. *Omnibus sententiis praeter unam condemnatus est.*

CIC. *Unum praeter ceteros.*

189. *Observa illa:*

Praeter consuetudinem. — Praeter modum. — Praeter spem. — Praeter aetatem. — Praeter naturam.

190. *Pro significat non modo favorem, sed etiam vicem (a) et compensationem (b) poniturque pro ante (c), instar (d), secundum (e):*

a.

CIC. *Medici insci pro salutaribus mortifera praescribunt.*

LIV. *Me vera pro gratis loqui necessitas cogit.*

b.

PLAUT. *Pecuniam pro asinis affert.*

CIC. *Misimus, qui pro vectura solveret.*

c.

CIC. *Sedens pro aede Castoris.*

SUET. *Pro foribus stantem admonuit.*

d.

CIC. *Pro damnato mortuoque fuit.*

LIV. *Id omnino pro non dicto habendum.*

e.

NEP. *Quantum quisque daret pro facultatibus imperat.*

CIC. *Reliqua pro tua prudentia considerabis.*

191. *Observa illa:*

Pro rostris dicere. — Sedere pro tribunali. — Facere pro viribus. — Pro rata portione. — Pro testimonio. — Pro eo ac . . .

192. *Prope gradus induit (a, b) et admittit accusativum (a) vel ablativum cum ab (b):*

a.

SUET. *Excruciatus doloribus nocte tota prope lucem defecit.*

LIV. *Invenio apud quosdam, idque proprius fidem est.*

CIC. *Officium meum esse putavi exercitum habere proxime hostem.*

b.

CIC. *Apud socrum tuam prope a meis sedibus sedebas.*

CIC. *Aliae stellae proprius a sole spatia conficiunt.*

PLIN. *A Sura proxime est Philiscum oppidum Parthorum.*

193. *Secundum est prope (a), maxime longo tractu (b); item post (c) et significat convenientiam (d) et favorem (e):*

a.

VARRO. *Praecidere arbores secundum terram.*

PLIN. *Horologium constitutum in publicum secundum rostra.*

b.

CIC. Facere iter secundum *mare superum*.

VARRO. Facere sepes *secundum amnes*.

c.

CIC. *Secundum te nihil* est mihi amicus solitudine.

CIC. *Secundum ludos* mihi respondere incipias.

d.

CIC. *Secundum naturam* vivere.

GELL. Numerare viginti et quinque asses *secundum duodecim tabulas*.

e.

CIC. Nuntiat populo pontifices *secundum se* decrevisse.

CIC. Multa *secundum nostram causam* disputavit.

† 194. *Sub est infra* et vult accusativum cum motu (a), ablativum cum quiete (b). Significat saepe tempus (c) et statum (d). Si ponitur pro *circiter* (e) aut *post* (f), regit accusativum:

a.

CIC. Conjecit se *sub scalas* tabernae librariae.

CAES. Exercitus *sub jugum* missus.

b.

HOR. Ingenium *ingens inculto latet sub corpore*.

CAES. *Sub pellibus* hiemare constituit.

c.

LIV. Excesserunt urbe *sub adventu* Romanorum.

CAES. Ne *sub ipsa profectio*nē milites oppidum irrumpant.

d.

PLAUT. *Sub Mercurii regno* vapulo, non *sub Jovis*.

LIV. *Sub Hannibale* magistro belli artes doctus est.

e.

CIC. *Sub vesperum* portas claudi jussit.

LIV. *Sub idem tempus* legati ad res repetendas missi.

f.

CIC. *Sub eas litteras* statim recitatae sunt tuae.

LIV. *Sub hanc vocem* gemitus multitudinis fuit.

195. *Observa illa:*

Sub manu. — *Sub hasta.* — *Sub dio.* — *Sub adspectum.*

— *Sub lucem.* — *Sub horam tertiam.*

† 196. *Super* cum quiete promiscue accipit accusativum (a) et ablativum (b), cum motu accusativum tantum (c):

a.

LIV. Pars maxima *super theatrum* consistunt.

HOR. Nomentanus erat *super ipsum*, Porcius *infra*.

b.

VIRG. Poteras requiescere mecum *fronde super viridi*.

HOR. Ensis *super cervice* pendet.

c.

Ov. Illa *super terram* desecto poplite labens.

LIV. Alii *super aliorum capita* ruunt.

† 197. *Super posita pro de ablativum possit* (a), *pro magis quam accusativum* (b), *item accessionem significans* (c):

a.

CIC. Velim cogites quid agendum nobis sit *super legatione volitra*.

VIRG. Multa *super Priamo* rogitans, *super Hectore* multa.

b.

SALL. *Super gratiam atque pecuniam* invidia facti fuit.

SUET. Famosissima *super ceteras* fuit coena ei data.

c.

LIV. Punicum exercitum *super morbum* fames affecit.

LIV. Adeo, *super maerorem*, pudor quidam fugere colloquia et coetus hominum cogebat.

198. *Supra cum quiete vel motu vult accusativum (a) et excessum saepe significat (b)*¹:

a.

PLIN. Nereides *supra delphinos* sedent.

CIC. Sub terra habitassent neque exiissent *supra terram*.

VERITATIS

b.

PHAEDR. Duo juvenes *supra humanam formam*.

LIV. Carthaginiensium caesa *supra* viginti millia.

199. *Subter est idem quod sub et fere habet accusativum:*

LIV. Manu *subter togam* ad mentum exerta.

LIV. Consul equo citato *subter murum* advehitur.

VIRG. Omnes ferre juvat *subter densa testudine* casus.

200. *Tenus postponitur genitivo (a) vel ablativo (b), huic fere singulari, illi plurali:*

a.

CIC. Illi rumores *Cumarum tenus* caluerunt.

VIRG. *Crurum tenus* a mento palearia pendent.

LIV. *Corcyrae tenus* ab Aetolia tecta et muri Aetolorum essent.

b.

CIC. Antiochus *Tauro tenus* regnavit.

VIRG. *Lateri capulo tenus* abdiditensem.

CELS. Demittere se in aquam *inguinibus tenus*.

¹ „Quinque supra triginta“: „viginti supra centum“ et similia dicunt, elegantiae causa, multi et docti; sed auctorem classicum, tametsi diu et multum quaevisi, nondum invenire potui. De ratione autem numerationem efferendi vide exempla, quae sunt sub n. 282, 283, 284, 289.

201. *Versus accusativo postponitur plerunque:*

CIC. *Brundusium versus* ibat ad Caesarem.

PLIN. Corvus evolat in rostra *forum versus*.

LIV. Positi erant *versus aedem* Quirini.

† 202. *Praepositiones, quam casum non regunt, induunt adverbiorum naturam. Eae sunt praecipuae ante (a), coram (b), juxta (c), post (d), prope (e), prae (f), propter (g), secus (h), ultra (i):*

a.

CIC. Qui asoti esse velint, philosophi *ante* fiant.

LIV. Praetor biduo *ante* venerat.

b.

CIC. Intueor *coram* haec ornamenta reipublicae.

AD. CIC. Mihi promiserunt *coram* et absenti scripserunt.

c.

VIRG. Furiarum maxima *juxta* accubat.

CAES. Legionem, quae *juxta* constiterat, urgeri ab hoste vidit.

d.

CIC. Initio mea sponte, *post* invitatu tuo mittendum duxi.

CIC. Caedere incipiunt ejus servos, qui *post* erant.

e.

SALL. His genus, eloquentia *prope* aequalia fuerunt.

CIC. Adolescentia voluptates *prope* intuens magis fortasse laetatur.

f.

PLAUT. I tu *prae*, virgo.

PLAUT. Abi *prae*, Sosia; jam ego sequar.

g.

CIC. Gladium *propter* appositum e vagina eduxit.

LUCR. Araque Panchaeos exhalat *propter* odores.

h.

CIC. Cato fuit summus vir; nemo dicet *secus*.

CIC. Fit obviam Clodio hora fere undecima, aut non multo *secus*.

i.

CIC. Si probabilia dicentur, nihil *ultra* requiratis.

CIC. Oratio scripta elegantissime, ut nihil possit *ultra*.

203. *Observa praepositionibus vix adjungi aliam partculam (a) praeter usque (b):*

a.

FLOR. *De sub ipsis faucibus Italiae.*

CIC. *Ex ante diem tertium nonas ad pridie kalendas.*

CIC. Comitia Bibulus *in ante diem decimum quintum kalendas distulit.*

b.

CIC. *Ii usque ex ultima Syria navigarunt.*

PLAUT. *Usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.*

VIRG. *Prospexit ab usque Pachyno.*

OV. *Admorunt oculis usque sub ora faces.*

CIC. *Naevius trans Alpes usque transfertur.*

XI. Constructio conjunctionis.

NOTA. *Conjunctiones partim vidisti in adverbis, quae eas adsciscunt; partim videbis in altero libro, ubi de oratione subjunctiva: ceterarum praecipuas hoc loco summatis persequar.*

† 204. *Et, aut, vel, nec, quam* jungunt similes formas (a), saepe etiam dissimiles, sive nominum (b) sive adverbiorum (c) sive verborum (d), violata interdum consecutione (e): *nec autem cum et facile colludit* (f):

a.

PLAUT. *Tu vel suda, vel peri algu.*

LIV. *Tribuni plebis malae rei quam nullius duces esse malunt.*

b.

LIV. *Valerium spectatae virtutis et consulariem virum legerunt.*

CIC. *Aut contentione dicendi aut lacesitus fecit.*

c.

CURT. *Pridie familiariter et sine arbitris loquitus est nobiscum.*

TER. *Tu vel vi vel clam fac tradas.*

d.

LIV. *Injuriae dolor eos stimulabat, vel quia gravior ulti rex futurus erat.*

CIC. *Non tam vitandi laboris causa, quam quod tua interesse arbitrabar.*

e.

PLAUT. *Praesertim quibus nec quaestus erat, nec artem didicere.*

TER. *Quem neque pudet, nec metuit quemquam.*

f.

CIC. *Ejus filii nec vivi probabantur bonis et mortui numerum obtinent jure caesorum.*

CIC. *Intelligis et animum ei praesto fuisse nec consilium defuisse.*

205. *Copulativas omitti fas est:*

CAES. *Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni plebis.*

CIC. *Regulus in senatum venit, mandata exponit, sententiam ne diceret recusavit.*

CIC. *Ex cupiditatibus odia, discordiae, bella nascuntur.*

206. *At fere adversatur (a) et servit praecognitioni (b) et execrationi (c):*

a.

CIC. *Non placet Antonio consulatus meus, at placuit Servilio.*

CIC. *At* ego non nego teque in isto convinco non solum audaciae, sed etiam amentiae.

b.

CIC. *At* laetus sum: quid ergo? in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat?

CIC. *At* ego suasi: scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse patriae sine suasore non posset.

c.

VIRG. *At* tibi pro scelere dii persolvant grates dignas.

TER. *At* te dii deaeque perdant.

207. *Dum* et *ubi* indicativo junguntur (a) et subjunctivo (b):

a.

SALL. *Ubi* justitia respublica crevit, Carthago ab stirpe interiit.

TER. *Dum* ante ostium sto, notus mihi quidam obvius venit.

b.

CIC. *Ubi* semel quis pejeraverit, ei credi postea non oportet.

CIC. *Dum* Milo veniret, locum relinquere noluit Clodius.

208. *Neve*, *neu* alteri orationi preeponitur (a) vel utriusque (b):

a.

CIC. Te rogo, ne demittas animum *neve* te obrui sinas.

CAT. Caveto nequam materiam doles *neu* caedas nisi siccam.

b.

VIRG. *Neu* proprius tectis taxum sine *neve* rubentes ure foco cancros.

VIRG. *Neve* tibi ad solem vergant vineta cadentem, *neve* inter vites corylum sere.

† 209. *Ne*, *num*, *si* simul cum *aliquis*, *aliquo*, *aliquando* contrahuntur in *nequis*, *nequo*, *nequando* (a), *numquis*, *numquo*, *numquando* (b), *siquis*, *siquo*, *siquando* (c); sed non semper (d):

a.

CIC. Vos adepti estis, *nequem* civem timeretis.

CAT. Villica ad coenam *nequo* eat neque ambulatrix sit.

CIC. Tu eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, concerpiro, *nequando* quid emanet.

b.

CIC. Quaestio est, *numquod* officium aliud alio majus sit.

PLAUT. *Numquo* foras vocatus est ad coenam?

CIC. Exsistit hoc loco quaestio, *numquando* amici novi veteribus sint anteponendi.

c.

VIRG. *Siqua* tui Corydonis habet te cura, venito.

VIRG. *Siquando* ad proelia ventum est, incassum fuit.

CIC. Eas litteras *siquo* ille misit, in publico proponat velim.

d.

SEN. Horum *si aliquem* interrogaris: quo tu? Non, mehercule, inquiet, scio.

CIC. Mors optanda est, *si aliquo* animum deducit, ubi sit futurus aeternus.

CIC. *Si aliquid* de sua gravitate Pompejus, multum de cupiditate Caesar remisisset.

210. *Quasi*, *tamquam* verbis dantur (a) et nominibus (b):

a.

CIC. Medico tria millia jugerum; *quasi* te sanum facere potuisset.

LIV. *Tamquam* de regno dimicaretur, ita concurrerunt.

b.

CIC. Quantulus vobis videtur? Mihi quasi pedalis.

CIC. Odyssea Homeri est *tamquam opus* aliquod Daedali.

211. *Quamvis* jungitur nominibus (a) et verbis indicatiivi modi (b) vel subjunctivi (c):

a.

CIC. Res bello gesserat *quamvis* reipublicae calamitosas, attamen magnas.

CIC. Si me audissent, *quamvis inqua pace*, tamen honesta viverent.

VERITATIS

b.

VIRG. Pollio amat nostram, *quamvis est* rustica, musam.

NEP. Erat inter eos dignitate regia, *quamvis carebat* nomine.

c.

CIC. *Quamvis* prudens ad cogitandum sis.

CIC. *Quamvis* Italiae latebris contentus essem.

† 212. *Quin*, nisi ponitur absolute (a), poscit in pri-
maria negationem (b) aut interrogationem (c) aut extenuantem
particulam (d) aut ironiam (e) aut quidvis, quod pro nega-
tione haberi possit (f):

a.

CIC. *Quin* sic attendite, judices.

CURT. *Quin* ulciscimur Graeciam et urbi faces subdimus?

b.

PLAUT. Ni istum cepi, *nulla* causa est, *quin* me con-
dones cruci.

TAC. Nec diu anquirendum, *quin* Agrippina claritudine generis anteiret.

c.

SALL. Cui dubium esse potest, *quin* opulentiam istam ex sanguine civium parâris?

PLAUT. Numquae causa est, *quin* viginti minas mihi des?

d.

TER. *Vix* me contineo, *quin* involem in capillum.

SUET. Titi Livii scripta *paullum* absuit, *quin* Caligula omnibus bibliothecis amoveret.

e.

PLAUT. Mirum *quin* tua me causa faciat Jupiter Philippum regem.

PLAUT. Mirum *quin* ab avo ejus aut proavo acciperem, qui sunt mortui¹.

f.

CIC. De quo quid ego plura commemoro? *quasi vero* dubium sit, *quin* lex sociorum causa constituta sit.

CIC. Dubita, *si potes*, *quin* ille caedem facturus sit².

213. *Quippe*, utpote ponuntur cum relativo (a) ac sine eo (b):

a.

SALL. Incendium sibi maxime calamitosum putabat, *quippe* cui omnes copiae in usu quotidiano erant.

NEP. A tyranno crudeliter violatus est, *quippe* quem venumdari jussisset.

CIC. Ea nos, *utpote* qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus.

b.

CIC. Haerebat nebulo, *quippe* in his ipsis temporibus dicebatur.

NEP. Pater meus, puerulo me, *utpote* non amplius novem annos nato, in Hispaniam profectus est.

214. *Quoad* cum subjunctivo it et cum indicativo, maxime cum tamdiu:

¹ Q. d.: *Non* est mirum, *quod* ab ejus avo *non* acceperim, *quum* jam mortuus sit.

² Vide appendicem, n. 408.

CIC. *Quoad* perventum sit eo, quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium.

CIC. Cato, *quoad vixit*, virtutum laude crèvit.

CIC. Dices, quamdiu voles: *tamdiu* autem velle debebis, *quoad* te, quantum proficias, non poenitebit.

f 215. Quod non solum causale est (358), sed etiam servit explanando supposito (a) vel termino (b) sicut etiam ut (c):

a.

CIC. Nunc me una consolatio sustentat, *quod* tibi, T. Anni, nullum a me amoris officium defuit.

CIC. Illud mihi occurrit, *quod* uxor a Dolabella discessit.

CIC. Accidit perincommode, *quod* eum numquam vidisti.

b.

CIC. Mitto *quod* invidiam subire paratissimus fueris.

CIC. Hoc uno praestamus vel maxime feris, *quod* exprimere dicendo sensa possumus.

HOR. Excepto *quod* non simul esses, cetera laetus.

c.

NEP. Verum est *ut* populus Romanus omnes gentes virtute superarit.

CIC. Neque integrum est *ut* meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam.

CIC. Titus nihil aliud egit, nisi *ut* tu eum bonum virum judicares.

216. Quod ponitur etiam pro quantum ad quod:

CIC. *Quod* scribis te, si velim, ad me venturum: ego vero te istuc esse volo.

CIC. *Quod* nos in Italiam venisse gaudes, perpetuo gaudes velim.

CIC. *Quod* te cum Clodio loqui vult, potes id mea voluntate facere.

217. Verum non solum est conjunctio adversativa (a), sed etiam adverbium affirmans (b) et jungitur cum *tamen* (c) et cum *enimvero* (d):

a.

CIC. Ea sunt omnia non a natura, *verum* a magistro.

PLAUT. Merito maledicas mihi, si id ita factum est; *verum* haud mentior resque ut facta dico.

b.

TER. Nihilominus ego hoc faciam. — Facies? — *Verum*.

TER. Comites secuti scilicet sunt virginem? — *Verum*.

c.

CIC. Mala et improba defensione, *verum* aliqua *tamen* uti videtur.

CIC. Consilium capit primo stultum, *verum* tamen clemens.

d.

SALL. Nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram per dedecus amittere? *Verum enimvero* victoria in manu est.

LIV. Nemo pactionem nuptialem facere quemquam coegerisset: *Verum enimvero* lege id prohiberi contumeliosum est.

218. Vero et adverbium est (a) et conjunctio, quae postponitur (b):

CIC. Fuisti saepe, credo, in scholis philosophorum. — *Vero*, ac libenter quidem.

VIRG. Egregiam *vero* laudem refertis tuque paterque tuus.

b.

CIC. Ne T. quidem Postumius contemnendus in dicendo; de republica *vero* non minus vehemens orator quam bellator fuit.

NEP. Postulabat, ut de praesenti quaestio haberetur; inimici *vero* quiescendum in praesentia decreverunt.

XII. Constructio interjectionis.

219. *Interjectiones aliae ponuntur absolute (a), aliis haeret
dativus (b), aliis accusativus (c), aliis vocativus (d):*

a.

VIRG. *O tantum libeat humiles habitare casas!*
VIRG. *Ah tibi ne teneras glacieis secet aspera plantas!*
TER. *Eja ut elegans est!*

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

b.

PLAUT. *Vae mihi, quanta de spe decidi!*
VIRG. *Hei mihi, qualis erat!*
TER. *Hei misero mihi!*

c.

CIC. *Proh Deūm hominumque fidem!*
CIC. *O fallacem hominum spem fragilemque fortunam!*
CIC. *Oh me perditum, oh afflictum!*

d.

CIC. *Quae enim res unquam, proh Sancte Jupiter, in
terris est gesta major!*

VIRG. *Et vos, oh lauri, carpam et te proxima myrtle!*

CIC. *Oh paterni generis oblite, materni vix memor!*

I. Nominativus.

220. *Nominativus raro p̄aeponitur verbis impersonali-
bus (a) et vix relinquitur pendulus (b):*

a.

PLAUT. *Et me quidem haec conditio non poenitet.*

TER. *Non te haec pudent?*

PLAUT. *Pluma non interest patronus an cliens improbior
sit.*

b.

PLAUT. *Hi, qui dudum conciliaverunt mihi peregrinum
Spartanum, nunc his cerebrum uritur.*

TER. *Omnes vos, quibus est objectus labor, omne quod
est interea tempus lucro est.*

PLAUT. *Ille, qui astute cavet, diutine uti licet partum
bene.¹*

* 221. *Consequens nominativus, qui ad suppositum re-
feratur, non est solius verbi sum, sed communis activo (a),
passivo (b) ac neutri (c):*

a.

CIC. *Audivi hoc de parente meo puer.*

CIC. *Defendi rempublicam adolescens, non deseram senex.*

b.

CIC. *De amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur
Laelius.**

JUV. *Si fortuna volet, fies de rhetore consul.*

c.

CAES. *Omnes munitiones integrae permanserunt.*

CIC. *Perfectus Epicureus evaserat²*

¹ Haec sunt comicorum licentiae liberiora.

² Observa illam nominativi attractionem: Ov. Est via coelo manifesta sereno: *lactea* nomen habet.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DE AFFECTIONIBUS PARTIUM ORATIONIS.

I. Casus. — II. Voces. — III. Modi. — IV. Tempora.

I. Casus.

1. Nominativus. — 2. Genitivus. — 3. Dativus. — 4. Accusativus. —
5. Vocabivus. — 6. Ablativus.

NOTA. *Multa de casibus dixi, dicturus plura in altero libro. Reliqua
hic summatis perseguar.*

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

XII. Constructio interjectionis.

219. *Interjectiones aliae ponuntur absolute (a), aliis haeret
dativus (b), aliis accusativus (c), aliis vocativus (d):*

a.

VIRG. *O tantum libeat humiles habitare casas!*
VIRG. *Ah tibi ne teneras glacieis secet aspera plantas!*
TER. *Eja ut elegans est!*

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

b.

PLAUT. *Vae mihi, quanta de spe decidi!*
VIRG. *Hei mihi, qualis erat!*
TER. *Hei misero mihi!*

c.

CIC. *Proh Deūm hominumque fidem!*
CIC. *O fallacem hominum spem fragilemque fortunam!*
CIC. *Oh me perditum, oh afflictum!*

d.

CIC. *Quae enim res unquam, proh Sancte Jupiter, in
terris est gesta major!*

VIRG. *Et vos, oh lauri, carpam et te proxima myrtle!*

CIC. *Oh paterni generis oblite, materni vix memor!*

I. Nominativus.

220. *Nominativus raro p̄aeponitur verbis impersonali-
bus (a) et vix relinquitur pendulus (b):*

a.

PLAUT. *Et me quidem haec conditio non poenitet.*

TER. *Non te haec pudent?*

PLAUT. *Pluma non interest patronus an cliens improbior
sit.*

b.

PLAUT. *Hi, qui dudum conciliaverunt mihi peregrinum
Spartanum, nunc his cerebrum uritur.*

TER. *Omnes vos, quibus est objectus labor, omne quod
est interea tempus lucro est.*

PLAUT. *Ille, qui astute cavet, diutine uti licet partum
bene.¹*

* 221. *Consequens nominativus, qui ad suppositum re-
feratur, non est solius verbi sum, sed communis activo (a),
passivo (b) ac neutri (c):*

a.

CIC. *Audivi hoc de parente meo puer.*

CIC. *Defendi rempublicam adolescens, non deseram senex.*

b.

CIC. *De amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur
Laelius.**

JUV. *Si fortuna volet, fies de rhetore consul.*

c.

CAES. *Omnes munitiones integrae permanserunt.*

CIC. *Perfectus Epicureus evaserat²*

¹ Haec sunt comicorum licentiae liberiora.

² Observa illam nominativi attractionem: Ov. Est via coelo manifesta sereno: *lactea* nomen habet.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DE AFFECTIONIBUS PARTIUM ORATIONIS.

I. Casus. — II. Voces. — III. Modi. — IV. Tempora.

I. Casus.

1. Nominativus. — 2. Genitivus. — 3. Dativus. — 4. Accusativus. —
5. Vocabivus. — 6. Ablativus.

NOTA. *Multa de casibus dixi, dicturus plura in altero libro. Reliqua
hic summatis perseguar.*

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

2. Genitivus.

† 222. *Genitivo non solum significatur possessio (a), sed etiam materia (b), qualitas (c), causa (d), actio (e), passio (f):*

a.

PHAEDR. *Pater deorum* risit.

NEP. *Atheniensium* opes senescunt¹.

b.

SUET. *Excisae sunt rupes durissimi silicis.*

Ov. *Flumina nectaris.*

c.

LIV. *Quinctius trans Tiberim colebat agrum quatuor jugerum.*

JUST. *Athenienses bellum duces diligunt Periclem, spectatae virtutis virum.*

d.

VIRG. *Lacrymas dilectae pelle Creusae,*

VIRG. *Ereptae virginis ira².*

e.

CIC. *Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium.*

CIC. *Amor multitudinis* movetur opinione³.

f.

CIC. *Studio rerum rusticarum* proiectus sum.

VIRG. *Animam sub fasce dedere: tantus amor florum⁴.*

223. *Observa illa:*

*Vitium arrogantiae. — Arbor fici. — Flumen Muluchae.
— Oppidum Antiochiae. — Cadus vini. — Monstrum mulieris. — Reus noxae. — Vulpus Achillis.*

¹ Vide appendicem, n. 414.

² H. e.: Ob ereptam virginem.

³ H. e.: Amor, quo multitudine amat.

⁴ H. e.: Amor, quo flores amantur.

224. *Genitivi instar habent adjektiva quaedam derivata:*

NEP. *Alii Sullanis, alii Cinnanis* partibus favebant.

CIC. *Peloponnesias* civitates omnes maritimas esse Dicaeum tabulis tradidi.

CIC. *Quo est ipsum nomen amantius maternum*, hoc illius matris singulare scelus majore odio dignum ducetis.

† 225. *Sunt genitivi pretium significantes: tanti, quanti; magni, parvi, pluris, minoris (a); item assis, flocci, nauci etc. (b). Sed dicimus etiam magno, parvo etc. (c); asse, flocco etc. (d).*

a.

CIC. *Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit.*

CIC. *Vendo meum triticum non pluris quam ceteri; fortasse etiam minoris.*

PHAEDR. *Majoris veneunt alapae.*

b.

PLAUT. *Tu istos minutos cave deos flocci feceris.*

CAT. *Rumores senum unius aestimemus assis.*

TAC. *Neque fas neque fidem pensi habebat.*

c.

SEN. *Non potest parvo res magna constare.*

CIC. *Caelius conductus non magno domum.*

PLAUT. *Quanti emisti? — Minimo.*

d.

PLAUT. *Illic habebit flocco jam homo lumbos meos.*

CAT. *Quod non opus est, asse carum est.*

NAEV. *Ejus noctem nauco ducere.*

† 226. *Premium vero definitum ponitur ablativo (a), indefinitum etiam, si accedit substantivum (b):*

a.

- CIC. Praetore Verre, ternis denariis modius tritici fuit.
 PLIN. Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit.
 LIV. Sextante sal Romae et per totam Italiam erat.

b.

- CIC. In video magistro tuo, qui te tanta mercede nihil sapere docuit.
 VAL. MAX. Magno ubique pretio virtus aestimatur.
 CAES. Vectigalia parvo pretio redempta habere.

3. Dativus.

* 227. *Dativo id notatur, in cuius commodum (a) aut incommodum (b) aliquid fit:*

a.

- CIC. Roscius praedia coluit aliis, non sibi.
 CIC. Domus pulchra dominis aedificatur, non muribus.
 CIC. Verres hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat.

b.

- PLAUT. Mihi dolebit, non tibi, siquid stulte fecero.
 NAEV. Illi perniciem dabo, mihi maiores.
 PLAUT. Nostris proterve floribus facit injuriam.

228. *Dativus ponitur pro possessivo:*

- PLAUT. Tibi ego an tu mihi servus es?¹
 VIRG. Ah tibi ne teneras glacies seget aspera plantas!
 VIRG. Nescio quis oculus mihi fascinat agnos.

229. *Est dativus finalis (a) et agens etiam (b):*

a.

- NEP. Pausanias venit Atticis auxilio.

¹ H. e.: Tuus ego an tu meus servus es?

HIRT. Nec vero Alexandriae fuit quisquam, quin altissima loca spectaculo quaereret.

TER. Omnia mea bona doti dixi puellae.

b.

- CIC. Gerendus est tibi mos adolescentibus.
 OV. Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.
 CIC. Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae?

230. *Fit dative attractio in praedicandis cognominibus (a); sed non semper (b):*

a.

- LIV. Puero ab inopia Egerio inditum nomen est.
 LIV. Consules leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes inciderunt.

HOR. Desipiunt, qui tibi nomen insano posuerunt.

HOR. Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum est.

b.

- CIC. Est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est.
 PLAUT. Est mihi Menaechmus nomen.
 VELL. Metellus, cui ex virtute Macedonici nomen inditum.

231. *Mihi, tibi, sibi aliquando redundant:*

CIC. Tu mihi istius audaciam defendis?

TER. Scin', ubi nunc sit tibi tua Bacchis?

TER. Suo sibi hunc gladio jugulo.

4. Accusativus.

† 232. *Accusativus significans partem datur verbis (a), participiis (b) et adjectiviis (c):*

a.

VIRG. Caput ante aras Phrygio velamur amictu.

OV. Ingenium mollimur ab arte.

VIRG. Expleri mentem nequit ardescitque tuendo.

b.

HOR. Ait miles multo jam *fractus membra labore*.

VIRG. Non illa colo *femineas assueta manus*.

HOR. *Coronatus nitentes malobathro Syrio capillos*.

c.

VIRG. *Omnia Mercurio similis vocemque coloremque*.

VIRG. *Nuda genu nodoque sinus collecta fluentes*.

SIL. ITAL. *Nudus caput inire pugnas*.

233. In soluta etiam oratione, maxime apud historicos:

POMP. MELA. Satarchae specus habitant, nisi qua vident, etiam *ora vestiti*.

TAC. *Frontem tergaque tuti*.

TAC. Militum pars onusta vulneribus *tergum*.

† 234. Pro quo accusativo ponitur vulgo ablativus:

SALL. Antonius *pedibus aeger exercitum Petrejo permittit*.

CIC. Sunt quidam aut *lingua haesitantes aut voce absoni*.

CIC. Alii mutati *voluntate sunt*.

235. Accusativo fit quaedam rei determinatio (a), quae saepius fit ablativo (b):

a.

CAES. Suevi *maximam partem lacte atque pecore vivunt*.

SUET. Nunquam se *illud horae publico commisit*.

SALL. Bocchus praeter nomen *cetera ignarus populi Romani*.

b.

NEP. Agesilaus fuit claudus *altero pede*.

NEP. Lacedaemonii duo erant reges *nomine magis quam imperio*.

NEP. Mardonius *natione Medus fugatus est*.

236. Accedit accusativus significans qualitatem:

VARRO. Porticus avibus *omne genus oppletae sunt*.

LIV. Liberorum capitum *virile secus decem millia capta sunt*.

CIC. Orationes aut aliquid *id genus scribere*.

237. Accusativus servit etiam exclamando:

PLAUT. Bene *me*; bene *nostram etiam Stephanium!*

CIC. *Praeclaros quatuordecim ordines!*

PLAUT. Ita *me probri argutam a viro meo?*

238. Sunt accusativi quidam communes, qui ubi vis ponuntur:

LIV. ANDRON. Obsecro te, Anchiale, matri *nequid tuae adversus sis*.

PLAUT. Neque *quae recte faciunt culpo, neque quae delinquent amo*.

CAT. *Idne irascimini, siquid superbior est quam vos?*

PLAUT. Id agam, *quod missus sum ad te*.

5. Vocativus.

239. Ponitur vocativus substantivi (a) vel adjectivi (b) vel utriusque simul (c), saepe cum interjectione (d):

a.

CIC. Ubi tua, *M. Tulli*, quae plurimis saluti fuit, vox ac defensio?

PERS. Hunc, *Macrine*, diem numera meliore lapillo!

b.

VIRG. Dabis, *improbe*, poenas.

PLAUT. Obsfirmastin' occultare, quo te immittas, *pessumte?*

c.

CIC. Cura, *mi carissime frater*, ut valeas.

CIC. Jam vos, *Albani tumuli atque luci*, testor.

d.

PLAUT. Heus vos, *pueri*, quid istic agitis?

CAT. Lugete, *oh Veneres Cupidinesque*.

240. Pro vocativo ponitur nominativus (a) et hic pro illo per attractionem (b):

a.

VIRG. Corniger Hesperidum *fluvius*, regnator aquarum, adsis oh tantum.

LIV. Audi tu, *populus Albanus!*

b.

VIRG. Quibus, Hector, ab oris *exspectate* venis?

241. Poetae vocativo abutuntur:

HOR. Ora manusque tua lavimus, *Feronia*, lympha.

Ov. Optarem sumere poenas sive tuas, *Perseu*, *Daedale*, sive tuas.

Ov. Capit ille coronam, quae possit crines, *Phoebe*, decere tuos¹.

6. Ablativus.

† 242. Ablativus significat originem (a), cui saepe adiungitur praepositio (b):

a.

CAES. Amplissima *familia* nati adolescentes.

FLOR. Hunc *Paulo* procreatum in decus gentis assumpserat.

b.

CAES. Belgas esse ortos *ab Germanis*.

LIV. Ne se oriundos *ex Etruscis* exsulare pateretur.

† 243. Ablativo significatur qualitas (a) et excessus (b):

a.

CIC. Non poteram Cn. Pompejum, *praestantissima virtute* civem, timidum suspicari.

LIV. Missile telum erat Saguntinis *hastili abieguo*, cetera tereti, praeter quam ad extremum.

VIRG. *Quinquaginta hiatibus* hydra intus habet sedem.

¹ H. e.: Quae possit decere crines Phoebi.

b.

CIC. Hibernia *dimidio* minor est quam Britannia.

CURT. Turres *denis pedibus* quam murus altiores.

CIC. Scipio omnes *sale facetiisque* superabat.

† 244. Ablativo significatur modus (a), cui saepe adiungitur cum (b):

a.

CIC. Stellae circos suos conficiunt *celeritate mirabili*.

CAT. Si rotas voles facere, tardius ducentur, sed *minore labore*.

CAES. Germani saepe ex equis desiliunt ac *pedibus* proliantur.

b.

LIV. Inde *cum silentio* in forum ducti.

CIC. Attente *bonaque cum venia* verba mea audiatis.

LIV. Romani Horatium accipiunt *magno cum gaudio*.

† 245. Ablativo significatur causa (a) et instrumentum (b):

a.

CIC. Tu *imprudentia* laberis.

CAES. Vires eum *lassitudine* defecissent.

CIC. Juris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae.

b.

CIC. Caedebar virgis civis Romanus.

PLAUT. Sagitta Cupido cor meum transfixit.

PLAUT. Vino et piscatu vitam colitis.

II. Voces verbii.

1. Activa. — 2. Passiva.

1. Vox activa.

† 246. Actio activorum recipitur a termino (a), neutrorum aut nulla est (b) aut non recipitur (c):

a.

CIC. Tu invita *mulleres*, ego accivero *pueros*.

SALL. *Plerasque res* Fortuna ex libidine sua *agitat*.

PLAUT. *Cedo aquam* manibus.

b.

Ov. Splendidior quam cetera sidera *fulget* Lucifer.

VIRG. *Strata jacent* sua quaeque sub arbore poma.

CIC. Duo signa, quae nunc ad impluvium tuum stant,
multos annos ad valvas Junonis Samiae steterunt.

c.

NEP. Plus irae suae quam utilitati communi *paruit*.

CIC. Luci claro palam in foro *saltet*.

HOR. *Incedis per ignes* suppositos cineri doloso.

247. *Multa, nisi ex usu, nescias activa sint an neutra*
(a); *immo sunt quedam ancipiti natura, quae modo activa*
sunt (b), modo neutra (c):

a.

HOR. *Multos castra juvant* bellaque matribus detestata.

QUINT. *Parasitus sic defenditur, ut non homini patro-*
cinemur, sed criminis.

SALL. *Nec mihi vestra decreta auxiliantur.*

b.

PLAUT. *Jura te non nocitrum esse hominem.*

VIRG. *Pastor Corydon ardebat Alexin.*

PLAUT. *Hanc vobis rem disputabo.*

c.

CIC. *Non licet nocere alteri.*

HOR. *Tua res agitur, paries cum proximus ardet.*

CIC. *De singulis sententiis breviter disputo.*

248. *Neutra accusativum sortiuntur cognatae signi-*
ficationis (a), aut qui regatur ab adjuncta verbo praepo-
sitione (b), id quod activis et passivis commune est (c):

a.

Ov. Nunc *tertiam vivo aetatem*.

PLAUT. *Tuis servivi servitutem imperii.*

PLAUT. *Istam ego pugnabo pugnam.*

b.

GELL. *Universi me unum antestatis.*

Ov. *Fremebundus obambulat Aetnam.*

CIC. *Stella Veneris Lucifer dicitur, quum antegreditur solem.*

c.

CAES. *Belgae Rhenum antiquitus traducti sunt.*

CIC. *Eos Pompejus praesidia sua circumduxit.*

VIRG. *Vivo prætervehor ostia saxo Pantagiae.*

2. Vox passiva.

† 249. *Passiva neutrorum aut impersonalis est (a) aut concordat cognato (b); personaliter vix ponitur (c):*

a.

CIC. *Venitur in antiquam silvam et ibi considitur.*

PLAUT. *Quid hic agitur? — Statur ad hunc modum.*

VELL. *Ubi semel recto deerratum est, in præceps*
pervenitur.

b.

Ov. *Tertia vivitur aetas.*

CIC. *Pugna acerrime pugnata est.*

SALL. *Quae negotia magis quam proelium male pugnatum*[®]
regem terrebant.

c.

HOR. *Ego cur invideor?*

Ov. *Noctes vigilantur amarae.*

Ov. *Largaque provenit cessatis messis in arvis¹.*

¹ Vide appendicem, n. 416.

+ 250. Vox passiva (a) etiam neutrorum (b) gaudet ablativo cum ab, quae praepositio inanimis non semper demitur (c):

a.

CIC. Sextius ab indice Naevio de ambitu postulatus est.
CIC. Deseremur potius a republica quam a re familiari.

b.

CAES. A Cotta primisque ordinibus acriter resistebatur.
CIC. Occurrunt nobis a viris doctis.

VELL. Quum in captivos saeviretur a Germanis, praeclarri facinoris fuit Caelius.

c.

OV. Assiduo vomer tenuatur ab usu.
OV. Pisces capiuntur ab hamis.
CIC. Suo quisque studio maxime ducitur.

251. Aliqua deponentium passive usurpantur:

TAC. Sententiam expromit, qua hortaretur Claudius deponere Octaviam Domitio.

CIC. Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur.
PLAUT. Non aetate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

252. Sunt passiva cum forma activa vapulo, veneo, fio (a), quibus accedunt exsulo, liceo, salveo (b), quae magis sunt neutra:

a.

CIC. Malo a parentibus vapulare quam assentatoribus aures patefacere.

QUINT. Fabricius respondit a civi se spoliari malle quam ab hoste venire.

CIC. Quanti se quisque fecerit, tanti fiat ab amicis.

b.

CIC. Romam in exsilium venisset, cui Romae exsulare jus esset.

CIC. De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram.

HOR. Vultejum Philippus salvere jubet.

253. Vox passiva fungitur vice mediae ut apud Graecos:

HOR. Oh ego laevus, qui purgor bilem sub verni temporis horam.

CAECIL. Ego illud exigor portorium,

LIV. Omnes voluimus, quod arguimur.

III. Modi verbi.

1. Indicativus. — 2. Subjunctivus. — 3. Imperativus. — 4. Infinitivus.

1. Modus indicativus.

254. Indicativus (a), etiam cum particula (b), dat sensum absolutum, sed habet etiam hypotheticum (c):

a.

SALL. Urbem Romanam condidere atque habuere initio Trojani.

b.

SALL. Idcirco respublica disjecta est, quo te custodem habebat.

PLAUT. Fuit olim, quasi nunc ego sum, senex.

VIRG. Pollio amat nostram, quamvis est rustica, musam.

MART. Si non errasset, fecerat illa minus.

HOR. Ne faciam, inquis, omnino versus? — Ajo. — Per eam male, si non optimum erat.

CIC. Quanto melius fuerit promissum patris non esse servatum¹.

255. Sed talia subjunctivo passim efferuntur:

SALL. Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit.

¹ H. e.: Quanto melius fuisse.

LAPLANA, Summa syntaxica. I.

2. Modus subjunctivus.

† 256. Subjunctivo significatur sensus conditionalis (a), dubitativus (b), suasivus (c), optativus (d), concessivus (e), potentialis (f):

a.

HOR. Decies centena dedisscs huic parco, quinque diebus nil erat in loculis.

CIC. Roges me, quid aut quale sit Deus, auctore utar Simonide.

VIRG. Tu quoque magnam partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberet.

b.

CURT. Nullam virtutem regis magis quam celeritatem laudaverim.

CIC. Te consulem putem, quum tu me non putas senatorem?

CIC. Quid non sit citius dixerim, quam quid sit.

c.

CAES. Sin bello persequi perseveraret, reminisceretur pristinae virtutis Helvetiorum.

PLAUT. Non potest triobolum hinc abesse; proin, vel ajas vel neges.

CIC. Quodsi meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur.

d.

CIC. Valcant cives mei, sint incolumes, sint beati.

SEN. Dii illas deaeque perdant.

CIC. Quod dii omen averterint.

e.

CIC. Milo de Clodii morte unde quaesivit? Quaesierit sane; videte, quid vobis largiar.

LIV. Ne aequaveritis Hannibali Philippum; Pyrrho certe aquabitis.

CIC. Pervellere te potuerit, non potuit certe vires frangere.

f.

CIC. Te ut ulla res frangat? Tu ut unquam te corrigas?
SALL. Confecto proelio cerneret, quanta audacia fuisse in exercitu Catilinae.

VIRG. Unus homo tantas strages impune ediderit?

257. Subjunctivus attrahitur a priore:

CIC. Tantum valuit error, ut ea fieri apud inferos finierent, quae sine corporibus nec fieri possint nec intelligi.

CIC. Siquis multas gentes collustrare possit; videat bovem quandam, quem Apim Aegyptii nominent.

CIC. Respondit se meruisse, ut ei victus publice praebetur, qui honos apud Graecos maximus haberetur.

258. Ponitur subjunctivus pro indicativo (a) et hic pro illo (b):

a.

LIV. Occurrebant campi Tiberis et hoc caelum, sub quo natus essem.

CIC. At etiam litteras, quas me sibi misisse diceret, recitavit.

CIC. Antiochus, qui animo puerili esset, nihil suspicatus est.

b.

CIC. Perturbationes animorum poteram¹ ego morbos appellare; sed non conveniret ad omnia.

CIC. Sint sane inimicitiae; quae esse non debebant.

LIV. Vincbat paucitas, ni Vejens in verticem collis evassiset.

3. Modus imperativus.

259. Promiscue utuntur breviori forma (a) et longiori (b), cum negatione (c) ac sine ea (a, b):

a.

TER. Cave istuc verbum ex te audiam.

¹ H. e.: Possem (255).

Ov. *Pascere crudelis nostro, Latona, dolore.*

Cic. *Quaesumus, diligenter attendite.*

b.

PLAUT. *Periculum ex aliis facito, quid tibi ex usu sit.*

Cic. *Rem vobis proponam: vos eam suo, non nominis pondere pendit.*

HOR. *Ter uncti trananto Tiberim, somno quibus est opus alto.*

c.

APUD CIC. *Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urito.*

VIRG. *Ne fugite hospitium neve ignorate Latinos.*

PLAUT. *Ne jura; satis credo.*

260. *Ex altero verbo arguitur tempus imperativi:*

Cic. *Memoriter respondeto ad ea, quae ex te rogavero.*

Cic. *Etiamsi quid scribas non habebis, scribito tamen.*

Cic. *Quum valetudinis rationem habueris, habeto etiam navigationis¹.*

261. *Pro imperativo ponitur futurum indicativi (a), item praesens (b) vel futurum subjunctivi (c):*

a.

Cic. *Valebis meque ante brumam expectabis.*

Cic. *Siquid acciderit novi, facies, ut sciam.*

Cic. *Tu non cessabis et ea, quae habes instituta, perpolies nosque amabis.*

b.

TER. *Si certum est facere, facias, sed ne post conferas culpam in me.*

Cic. *Atticae, quoniam hilarula est, meis verbis salutem des.*

¹ Atque hoc si tibi placet; nam fortasse verius est imperativum semper esse futurum.

c.

Cic. *Huic nullam partem existimationis tuae credideris.*

LIV. *Ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis discrimen.*

262. *Noli ponitur periphrastice (a), item cura, fac, cave (b):*

a.

Cic. *Noli putare quemquam uberiorem ad dicendum fuisse.*

Cic. *Nolite fortunam convertere in culpam.*

Cic. *Si insidias fieri libertati vestrae intelligitis, nolite dubitare eam defendere¹.*

b.

Cic. *Cura ut quam primum venias.*

Cic. *Fac nequid aliud cures.*

Cic. *Cave festines aut committas, ut aeger naves².*

4. Modus infinitivus.

† 263. *Infinitivus ponitur pro supposito (a) aut praedicato (b) aut termino (c) aut casibus quibusvis (d):*

a.

SEN. *Habere eripitur; habuisse numquam.*

PLAUT. *Simul flare sorbereque haud factu facile est.*

Cic. *Est operae pretium diligentiam majorum recordari.*

b.

LIV. *Ostentare hoc est, non gerere bellum.*

VAL. MAX. *Cujus non dimicare vincere fuit.*

Cic. *Loquor de docto homine, cui vivere est cogitare.*

c.

CAT. *Pleraque Gallia duas res persecuitur: rem militarem et argute loqui.*

¹ H. e.: Ne dubitate.

² H. e.: Ne festines.

LIV. Occupavit Scipio Padum *trajicere*.

CIC. Carere significat *egere* eo quod habere velis.

d.

CIC. Inter optime *valere* et gravissime *aegrotare* nihil dicunt interesse.

PLAUT. Nam quid modi futurum est eum *quaerere*?

CIC. Nulla est ratio *amittere* ejusmodi occasionem.

264. Infinitivus jungitur substantivis (a) et adjectivis (b), praesertim apud poetas (c):

a.

LIV. *Tempus esse* ajunt aut pacem *componi* aut bellum *naviter geri*.

CAES. *Consilium* cepit fortunas *evertere*.

CIC. Tibi non sim *uctor*, si Pompejus Italianam relinquit, te quoque *profugere*.

b.

CURT. Barbari hostem *depulisse contenti* non institere cedentibus.

SIL. ITAL. *Primus inire manus, postremus ponere Martem*.

HOR. Imberbis juvenis *cereus* in vitium *flecti* et amata *relinquere pernix*.

c.

TIBULT. Circe *apta* cantu veteres *mutare* figuras.

HOR. Fons rivo *dare* nomen *idoneus*.

OV. Fabula nota quidem, sed non *indigna referri*.

† 265. Pro infinito damus saepe adjectivis, maxime *dignus* (a), subjunctivum cum relativo (b) vel particula ut (c):

a.

CIC. Hominem officiosum cognosces et *dignum*, qui a te diligatur.

SEN. *Digni* illi sunt, *quorum* virtutes tibi placeant.

PLAUT. Nequior est nemo neque *indignior*, cui dii benefaciant.

CIC. *Digni* sumus, *quos* habeas consilii tui participes.

CIC. Oh rem *dignam*, in qua non modo docti, sed etiam agrestes erubescant¹.

b.

CAES. L. Vibullum pro suis beneficiis Caesar judicaverat *idoneum*, quem cum mandatis ad Pompejum mitteret.

CIC. Catonem induxi disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur.

PLAUT. Itane *idoneus* tibi video esse, quem tam aperte fallere incipias?

c.

CIC. Si senator pretio apud istum fieret *idoneus*, ut *vinceret*, factus est.

LIV. *Indigni*, ut a vobis *redimeremur*, visi sumus.

PLAUT. Egone architectus? *dignus* non sum prae te, ut *figam palum* in parietem.

IV. Tempora verbi.

266. *Praesens ponitur pro futuro* (a) *aut praeterito* (b):

a.

PLAUT. Quam mox *navigo* in Ephesum?

TER. Hoc prius introducam; post continuo *exeo*.

CAES. Re nuntiata, quae imperarentur, *facere* dixerunt².

b.

CIC. Atque haec non cupiditate aliqua *scribit* inductus, sed consilio, ne granum ex Sicilia nullum haberemus.

ENN. *Suadent* Saturno, ut de regno suo non concedat.

CAES. Repente post tergum equitatus *cernitur*.

267. *Perfectum ponitur pro tempore indefinito*:

VIRG. Veluti qui sentibus anguem *pressit* humi nitens trepidusque repente *refugit*.

¹ Nota varios casus relativi.

² H. e.: Se facturos esse.

HOR. Non aeris acerbus deduxit corpore febres.

SEN. Magni artificis est clausisse totum in exiguo.

268. *Pro perfecto ponitur plusquamperfectum (a), futurum autem perfectum pro imperfecto (b):*

a.

TER. Postquam audierat non datum iri filio uxorem, numquam cuiquam nostrum verba fecit.

b.

CIC. Libenter tibi, ut de eo disseras, concessero.

CIC. Tu invita mulieres, ego accivero pueros.

LIV. Virginius viderit de familia quid agat.

269. *Inde oritur inconstancia quedam temporum haud improbabilis:*

PLAUT. In scapham insilimus, quia videmus ad saxa navem ferri¹.

CIC. Dicebat melius quam scripsit Hortensius.

CIC. Servis suis Rubrius imperat, ut januam clauderent.

CIC. Quum venisset ad vada Volaterrana, videt familiarem Naevi.

269 a. *Imperfectum non solum cum perfecto congrereditur (a), sed etiam cum praesente historico (b) et, pro varia relatione, cum ipso imperfecto (c) et cum plusquamperfecto (d):*

a.

LIV. Cum omni equitatu profectus, id quod quaerebat, hostem excivit.

SALL. Quod plerique civile bellum exoptabant, opprimendae reipublicae consilium cepit.

b.

SALL. In unum omnes convocat, quibus plurimum audacie inerat.

¹ H. e.: Quia vidimus.

LIV. Tolumnius, quamquam suorum magis placebant consilia, postero die se pugnaturum edicit.

c.

CIC. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat.

SALL. Omnes, quos flagitium exagitabat, Catilinae familiares erant.

d.

CIC. Quicumque accesserant ad Siciliam paulo pleniores, eos Sertorianos milites esse dicebat.

SALL. Ubi eorum famam attriverat, majora alia imperabat¹.

CAPUT QUARTUM.

DE QUIBUSDAM RELATIONIBUS.

I. Relatio loci. — II. Relatio temporis. — III. Relatio spati.

I. Relatio loci.

1. Locus ubi. — 2. Locus unde. — 3. Locus quo. — 4. Locus qua. — 5. Locus quorsum.

1. Locus ubi.

* 270. *Locus ubi effertur ablativo cum in:*

CIC. Terrae motus in Gallia totaque in Italia facti sunt.

CIC. Navis in Cajeta parata est nobis.

CIC. Tulin de caede, quae in Appia via facta est.

NEP. Alcibiades in domo sua facere mysteria dicebatur.

CIC. Magis illos, qui in bello occiderunt.

VARRO. Ut manipulum quemque subsecuerunt, ponunt in terra².

¹ Pingebat, excudebat, inveniebat etc. pro pinxit, excudit, invenit etc., quae suis operibus inscribunt aliqui, eleganter dici opinantur; sed qua probari possit auctoritate, tametsi diu vestigavi, nullam reperi.

² Observa provincias, urbes, appellativa.

HOR. Non aeris acerbus deduxit corpore febres.

SEN. Magni artificis est clausisse totum in exiguo.

268. *Pro perfecto ponitur plusquamperfectum (a), futurum autem perfectum pro imperfecto (b):*

a.

TER. Postquam audierat non datum iri filio uxorem, numquam cuiquam nostrum verba fecit.

b.

CIC. Libenter tibi, ut de eo disseras, concessero.

CIC. Tu invita mulieres, ego accivero pueros.

LIV. Virginius viderit de familia quid agat.

269. *Inde oritur inconstancia quedam temporum haud improbabilis:*

PLAUT. In scapham insilimus, quia videmus ad saxa navem ferri¹.

CIC. Dicebat melius quam scripsit Hortensius.

CIC. Servis suis Rubrius imperat, ut januam clauderent.

CIC. Quum venisset ad vada Volaterrana, videt familiarem Naevi.

269 a. *Imperfectum non solum cum perfecto congregetur (a), sed etiam cum praesente historico (b) et, pro varia relatione, cum ipso imperfecto (c) et cum plusquamperfecto (d):*

a.

LIV. Cum omni equitatu profectus, id quod quaerebat, hostem excivit.

SALL. Quod plerique civile bellum exoptabant, opprimendae reipublicae consilium cepit.

b.

SALL. In unum omnes convocat, quibus plurimum audacie inerat.

¹ H. e.: Quia vidimus.

LIV. Tolumnius, quamquam suorum magis placebant consilia, postero die se pugnaturum edicit.

c.

CIC. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat.

SALL. Omnes, quos flagitium exagitabat, Catilinae familiares erant.

d.

CIC. Quicumque accesserant ad Siciliam paulo pleniores, eos Sertorianos milites esse dicebat.

SALL. Ubi eorum famam attriverat, majora alia imperabat¹.

CAPUT QUARTUM.

DE QUIBUSDAM RELATIONIBUS.

I. Relatio loci. — II. Relatio temporis. — III. Relatio spati.

I. Relatio loci.

1. Locus ubi. — 2. Locus unde. — 3. Locus quo. — 4. Locus qua. — 5. Locus quorsum.

1. Locus ubi.

* 270. *Locus ubi effertur ablativo cum in:*

CIC. Terrae motus in Gallia totaque in Italia facti sunt.

CIC. Navis in Cajeta parata est nobis.

CIC. Tilit de caede, quae in Appia via facta est.

NEP. Alcibiades in domo sua facere mysteria dicebatur.

CIC. Magis illos, qui in bello occiderunt.

VARRO. Ut manipulum quemque subsecuerunt, ponunt in terra².

¹ Pingebat, excudebat, inveniebat etc. pro pinxit, excudit, invenit etc., quae suis operibus inscribunt aliqui, eleganter dici opinantur; sed qua probari possit auctoritate, tametsi diu vestigavi, nullam reperi.

² Observa provincias, urbes, appellativa.

† 271. Praepositio *urbibus* demi solet (a); quae, si fuerint primae alteriusve declinationis numerique singularis, genitivo plerumque efferuntur (b):

a.

CIC. *Babylone* paucis post diebus Alexander mortuus est.

CIC. Lentulum nostrum scis *Puteolis* esse.

CIC. Unum objicitur nobis natum esse *Gadibus*.

b.

CIC. Accepi litteras tuas datas *Placentiae*.

PLAUT. Nullus est *Ephesi*, quin sciat.

CIC. Romam veniret, cui *Romae* exsulare jus esset.

† 272. Pro ablativo fere utimur genitivis *humī*, *bellī*, *militiae*, *domī* (a), nisi eis accesserit adjectivum (b):

a.

CIC. Theodori nihil refert *humine* an sublime putrescat.

CIC. Magnae res a dictatoribus *belli* gerebantur¹.

SALL. Plerosque *militiae*, paucos fama cognitos accivit.

TER. Ego *domī* ero, siquid me voles.

b.

LIV. Ego fratresque mei *Aetolico* *bella* pro vobis arma tulumus.

SALL. Vestitus *oleastro* ac murteto, quae *humo arenosa* gignuntur.

CAEL. Post tertium diem *in domo lucida* locandus est.

273. Pro *humī* dicunt etiam *terrae*:

OV. Procubuit *terrae* mactati more juventi.

VIRG. Fusus erat *terrae* frumenti pauper acerbus.

LIV. Sacra in *rerum nostrarum* ruina *terrae* celavimus.

274. Accidente possessivo (a) aut genitivo (b), dicitur *domi* vel *in domo*:

¹ In bello, in domo, v. n. 270.

a.

PLIN. Ego in villas ejus saepe secessi, ille *in domo mea* saepe convaluit.

CIC. Nonne mavis sine periculo *domi tuae* esse quam cum periculo *alienae*?¹

b.

CIC. Qui tibi venit in mentem te *domi Lentuli* esse educatum?

CIC. Quum *in domo Caesaris* quondam vir unus fuerit.

275. Dicimus *ruri* vel *rure* (a), etiamsi accedat adjectivum (b):

a.

CIC. Forte evenit, ut *ruri* in Prvernate essemus.

CIC. Filium *rure* habitare jussit.

b.

HOR. Nugaris *rure paterno*.

OV. *Rure* dapes parat ille suo.

2. Locus unde.

† 276. Locus *unde* significatur ablativo cum *ex* (a), quae praepositio *urbibus* passim demittit (b) et appellativis *rure*, *domo* (c):

a.

CIC. *E Gallia* non discessit.

LIV. Interim ab *Roma* legatos venisse nuntiatum est.

CAES. *Ex castris* profiscuntur.

CIC. Ad quem *e domo* Caesaris tam multa delata sunt.

b.

CIC. Accepi *Roma* sine tua epistola fasciculum litterarum.

CIC. Hac super re scribam ad te *Rhegio*.

PLAUT. Ecquam tu advexit ancillam *Rhodo*?

¹ Alienae singulari est.

c.

TER. Video rure redeuntem senem.

PLAUT. Biennum jam factum est, postquam abii *domo*.

ENN. Numquam hera *domo* effert pedem.

277. Poetae (a) quam ceteri (b) saepius praepositionem ablative demunt:

a.

VIRG. Nec posse *Italia* Teucrorum avertere regem.

HOR. Ut quum *carceribus* missos rapit ungula currus.

TIB. *Etruscis* manat quae *fontibus* unda.

b.

TAC. Dein Piso abire *Syria* statuit.

LIV. Inde eques pedesque certatum *portis* ruunt.

TAC. In ipsa curia depromptum *sini* venenum hausit.

3. Locus quo.

† 278. Locus quo effertur accusativo cum *ad* vel *in* (a); quae praepositio urbibus (b) passim demitur et substantiis *rūs*, *domum* (c), nisi eis epithetum accessit (d):

a.

CAES. In Illyricum profectus est.

CIC. Miles profectus sum *ad Capuam* quintoque anno post *ad Tarentum*.

JUST. Ad *portum* uno agmine profecturae venerunt.

NEP. Ut non ex vita, sed ex domo *in domum* videretur migrare.

APUL. Ille novitium famulum trahebat *ad domum*.

POMP. MELA. Satarchae demersis *in humum* sedibus specus habitant.

b.

SALL. Calpurnius *Romam* ad magistratus rogandos proficiscitur.

CIC. Ex hoc loco proficiscitur *Puteolos* stadia triginta.

CIC. Litteras *Messanam* dedit.

c.

CIC. Ut Hortensius *domum* reducebatur, fit obviam casu C. Curio.

ENN. Quo me vertam? *domumne* ad Peliae filias?

TER. Ego *rus* ibo atque ibi manebo.

d.

CIC. Haud mediocriter de communi quidquid poterat *in privatam domum* sevocabat.

LIV. Jam vos dilapsi domos et *in rura vestra* eritis.

TER. *In domum* meretriciam deducar.

CIC. *In Chelidonis* *domum* praetoram tuam contulisti.

279. Provinciis et appellativis praepositio vix demitur:

VIRG. *Italianam* fato profugus *Laviniaque* venit *littora*.

VIRG. Devenere locos laetos et amoena *vireta*.

VIRG. At nos hinc alii *sitientes* ibimus *Afros*, pars *Scythiam* et *rapidum* *Cretae* veniemus *Oaxem*.

4. Locus qua.

† 280. Locus *qua*, sive provincia (a) sive urbs (b) sive appellativum nomen (c), effertur ablative vel accusativo cum *per*:

a.

CIC. Nunc tota *Asia* vagatur, volitat ut rex.

LIV. Ipse terrestri *per Hispaniam Galliasque* itinere *Italianam* peteret.

CAES. Parthus intulit bellum *per Armeniam*.

b.

CIC. Iter *Laodicea* faciebam, quum has litteras dabam.

NEP. Lacedaemonius iter *per Thebas* fecit.

PLIN. Consul provinciam Baeticam *per Ticinum* est petiturus.

c.

CIC. Mihi a C. Verre insidiae *terra marique* factae sunt.

CAES. *Per mare* navibus expositi in nostros impetum fecerunt.

PLAUT. Quid hoc negotii est, quod homines fabulantur *per vias?*

5. Locus *quorsum*.

281. *Locus quorsum* effertur accusativo cum *versus ad* (a); *ad saepe* omittitur (b):

a.

CAES. Labienum *ad Oceanum* *versus* proficiisci jubet.

AUCT. BELLi HISp. Equites *ad Cordubam* *versus* prosecuti sunt eos.

SALL. Animadvertis fugam *ad se* *versus* fieri.

b.

CIC. Quum *Brundusium* *versus* ires ad Caesarem.

CIC. Ille *Italianum* *versus* navigaturus erat.

LIV. Positi erant *versus aedem* Quirini¹.

II. Relatio temporis.

1. Tempus *quando*. — 2. Tempus *quamdiu*. — 3. Tempus *quam dudum*. —

4. Tempus *intra quod*.

1. Tempus *quando*.

† 282. Tempus *quando* ponitur ablative:

CIC. Haec ille egit *septem et decem annis* post alterum consulatum.

¹ *Versus* plerumque postponitur.

CIC. Cato mortuus est *annis octoginta sex* ipsis ante me consulem.

PLAUT. Eodem die illum vidi, quo te.

2. Tempus *quamdiu*.

† 283. Tempus *quamdiu* ablativo effertur (a) vel accusativo (b), cui *per aliquando* praedit (c):

a.

SUET. Caligula imperavit triennio et decem mensibus.

CIC. Aegyptum Nilus tota aestate oppletam tenet.

CAES. Pugnatum est continenter horis quinque.

b.

LIV. Decem quondam annos Troja oppugnata est a tota Graecia.

LIV. Romulus *septem et triginta* regnavit annos.

CIC. Viginti et duos annos praefuit ei sacerdotio.

c.

CIC. Nulla res *per triennium*, nisi ad nutum istius, judicata est.

CIC. Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos?

LIV. Per annos quatuor et viginti primo Punico bello certatum est.

3. Tempus *quam dudum*.

† 284. Tempus *quam dudum* per *ab hinc* effertur cum accusativo (a) vel ablativo (b) vel per solum accusativum, si actio manet (c):

a.

PLAUT. Abhinc annos sedecim conspicatus est puellam.

VELL. Carthago diruta est abhinc annos centum septuaginta.

TER. Mulier quaedam abhinc triennium ex Andro commigravit.

b.

PLIN. *Septimo abhinc anno* in Alba inventa est vitis uno die deflorescens.

PLAUT. *Abhinc quadraginta annis* occisus foret.

c.

SALL. *Sextum jam mensem* obsessus teneor.

LIV. *Saguntum octavum jam annum* sub hostium potestate est.

NEP. Eumenes ait se mirari, quare *jam tertium diem* teneretur.¹

4. *Tempus intra quod.*

285. *Tempus intra quod ponitur ablativo:*

CIC. *Diebus quindecim* absolutae sunt quatuor tragediae.
CIC. Respondit *triduo* illum, ad sumnum *quatriduo* esse peritum.

CIC. *Biduo* sciimus.²

286. *Singulare est illud:*

JUST. Decessit Alexander *annos tres et triginta* natus.

TER. *Annos sexaginta* natus es aut eo plus.

CIC. Reliquit hunc *annos quindecim* natum.

III. Relatio spatii.

† 287. *Distantia significatur ablativo (a) vel accusativo (b):*

a.

CAES. A Cornificio septem millium *intervallo* abest.

CAES. *Aequo fere spatio* a castris aberat.

CAES. *Millibus passuum sex* a castris sub monte consedit.

b.

CIC. Negat se a te *pedem* discessisse.

¹ Numeralia haec observa *ordinalia* esse, non *cardinalia*.

² Accusativum cum *intra*, v. n. 181.

LIV. Fere *quingentos passus* ab hoste posuit castra.

CIC. Quum tamen abessent aliquot dierum viam.

† 288. Item dimensio effertur ablativo (a) vel accusativo (b):

a.

LIV. Fossam *sex cubitis altam*, *duodecim latam* duxit.

PLIN. Lydion, quo utimur, longum *sesquipedie*.

CAT. Trabem imponito crassam *pede uno*.

b.

COLUM. Esto ager longus *pedes mille ducentos*.

CAES. Perpetuae fossae *quinquaginta pedes* altae ducebantur.

LIV. Arabes gladios habebant longos *quaterna cubita*.

LIBER SECUNDUS.
ORATIONIS FORMATIO.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

CAPUT PRIMUM.

DE ORATIONE EJUSQUE ELEMENTIS.

* 289. *Oratio est complexio vocum sententiam efficientium. Sunt elementa orationis verbum, quae est anima sententiae; suppositum, de quo praedicatur notio verbi; terminus, qui vim verbi quoquomodo recipit; ceteraque apposita, quae vel supposito (a) adjiciuntur vel verbo (b) vel termino (c):*

a.

NEP. Cato primum stipendium meruit annorum decem septemque.

HOR. Alienā negotia curo excussus propriis.

NEP. Erat eo tempore Thyus dynastes Paphlagoniae.
CIC. Ayes nidum quam mollissime substernunt.

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

CIC. Faciam te consilii nostri certiorem.

NEP. Atticus habebat avunculum Q. Caecilium difficillima natura.

* 290. *Oratio simplex constat uno verbo (a); complexa pluribus (b):*

a.

CIC. Est profecto animi medicina philosophia.

VIRG. Trahit sua quemque voluptas.

CIC. Eratosthenes a Serapione reprehenditur.

b.

CIC. Epaminondas fidibus praelare cecinisse dicitur.

CIC. Oceanus medius fidius vix videtur tot res absorbere potuisse.

HIRT. Videris mihi vereri, ne dimicare cogaris.

* 291. *Oratio primaria continet sensum absolutum (a), secundaria relativum (b):*

a.

HIRT. Quum ad Canopum ventum esset, Euphranor circumventus ab Alexandrinis est.

SALL. Sentius in senatu litteras recitavit, quas Faesulis allatas sibi dicebat.

CIC. Numquam labere, si te audies.

b.

HIRT. Quim ad Canopum ventum esset, Euphranor circumventus ab Alexandrinis est.

SALL. Sentius in senatu litteras recitavit, quas Faesulis allatas sibi dicebat.

CIC. Numquam labere, si te audies.

CAPUT SECUNDUM.

DE ORATIONE SIMPLICI.

I. Oratio verbi substantivi. — II. Oratio verbi adjectivi.

I. Oratio verbi substantivi.

* 292. *Verbo substantivo et praelire potest et subire nominativus: qui praelit, suppositum vocatur; qui subit, pрадicatum:*

SEN. Grammatici custodes sunt sermonis Latini, non auctores.
OV. Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses.

293. *Et praedicatum (a) et suppositum (b) deesse possunt:*

a.

CIC. Fuit apud Segestanos simulacrum ex aere Diana.
CIC. Si quando erit civitas, erit profecto nobis locus.

b.

CIC. Apud matrem recte est.
CIC. Quintilis, si erit¹, in itinere est consumendus.

294. *Sum taceri potest (a) et attrahi ad praedicatum (b):*

a.

CIC. Haec leviora, illa vero gravia.
LIV. Rerum deinde divinarum habita cura.
VIRG. Tunc ille Aeneas, quem Venus genuit?

b.

OV. Quas geritis vestes, sordida lana fuit.
LIV. Pars non minima triumphi est victimae praecedentes.
CIC. Contentum esse rebus suis maxima sunt divitiae.

II. Oratio verbi adjectivi.

* 295. *Verbum adjectivum, sive activum (a) sit sive passivum (b) sive neutrum (c), habet pro supposito nominativum, cui verbum concordet necesse est (25 et sqq.). Terminus activi est accusativus (a); passivi ablativus (b)²; neutrius varius est pro varia natura verbi (c), ut vidisti in primo libro:*

a.

CIC. Multos divini supplicii metus a scelere revocavit.
NAEV. Ego pluris feci libertatem, quam pecuniam.

¹ H. e.: Si licebit.

² Id ipsum, quod suppositum dixeramus in voce activa, in passiva terminum vocamus magis grammaticae quam philosophice.

b.

CIC. Eratosthenes a Serapione reprehenditur.
OV. Assiduo vomer tenuatur ab usu.

c.

CIC. Varro displacet consilium pueri; mihi non.
CIC. Caruit foro postea Pompejus.

296. *Suppositum primae alteriusque personae facile tacetur;*

CIC. Trebonio multos annos utor valde familiariter.
HOR. Incedis per ignes suppositos cineri doloso.
LIV. Ne aquaveritis Hannibali Philippum.

† 297. *Carent supposito impersonalia (a) et neutra passive (b):*

a.

CIC. Num senectutis suae eum poeniteret?
CIC. Pudet me non tui quidem, sed Chrysippi.
SEN. Quaeritur quare hieme ningat, non grandinet.

b.

VELL. Raro invidetur eorum honoribus, quorum vis non timetur.

CAES. A Cotta primisque ordinibus acriter resistebatur.
CIC. Ab hora tertia bibebatur, vomebatur¹.

† 298. *Active etiam ponuntur sine supposito multa verborum intellectus et linguae in tertia persona plurali (a); item alia quaevis consuetudinem referentia (b)²:*

a.

LIV. Romanus, inquit, sum; Mucium vocant.

¹ Activa *bibo* et *vomo* posita sunt hic neutraliter.

² Cetera vix: Ov.: „Tum primum subiere domos“ pro: Subitum est domos.

CIC. Majus est hoc, quam vulgo *opinantur*.

PLIN. *Narrant* in Ponto Caeciam trahere nubes.

b.

PHAEDR. Quia videor acer, *alligant* me interdiu.

COLUM. In Umbria secundum terram *succidunt* frumentum.

CIC. Maxime *admirantur* eum, qui pecunia non movet.

299. *Aliqua verba subaudiuntur* (a), *maxime dico vel loquor* (b):

ALERE FLAMMAM a.

CIC. Martis vero signum quo mihi pacis auctori?

LIV. Nihil aliud quam steterunt parati ad pugnandum.

CIC. Vincam silentium; et si nihil aliud, certe gemitu interpellabo¹.

b.

CIC. Haec tu mecum saepe, *his absentibus*; sed, *his praeſentibus*, haec ego tecum, Milo.

CIC. De quo alias; nunc quod necesse est.

CIC. Non soleo temere contra Stoicos.

CAPUT TERTIUM.

DE ORATIONE PRONOMINIS RELATIVI.

I. Constructio relativi. — II. Contractio in participium.

I. Constructio relativi.

* 300. *Genus et numerus relativi est idem qui antecedentis²; casus varius est, pro vario relativi munere. Quare, si relativum fungatur numeri suppositi, erit cum verbo finito nominativus (a), cum infinito accusativus (b); si relativum fungatur vice termini, casus erit is, quem verbum postulet (c), et sic de ceteris rectionibus (d):*

¹ H. e.: Et si nihil aliud faciam....

² Quid sit antecedens et consequens, vide in n. 16.

a.

CIC. Moritur Quintius, *qui* tibi grandem pecuniam debuit.

PLAUT. Opus est nobis ancilla, *quae* texat et molat.

CIC. Longum exordium est, *quod* pluribus, quam satis est, producitur.

b.

CIC. Scit hoc Lentulus, *quem* adesse vides.

CIC. Illi ipsi venerunt, *quos* ego venturos esse praedixeram.

CIC. Retorquet oculos ad hanc civitatem, *quam* ex suis fauibus eruptam esse luget.

c.

CIC. Commoda, *quibus* utimur, lucem, *qua* fruimur, a Deo nobis impertiri videmus.

CIC. Quis est hodie, *cujus* intersit istam legem manere?

CIC. Sunt homines, *quos* infamiae suae non pudet.

d.

CIC. Obrepsti ad honores commendatione fumosarum imaginum, *quarum* simile habes nihil praeter colorem.

CIC. Omitto illud facinus, *quo* foedius nec fieri, nec cogitari quidquam potest.

LIV. Erat in castris C. Martius, *cui* cognomen Coriolano fuit.

† 301. *Antecedens et consequens possunt simul exprimi (a) vel supprimi (b); vel, suppresso antecedente, exprimi consequens (c); vel, suppresso consequente, exprimi antecedens (d):*

a.

CIC. Objecit mihi consulatum meum, qui consulatus verbo meus, re vester fuit.

CIC. Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quae domus erat indicio tui crudelissimi dominatus.

CIC. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo.

CIC. Majus est hoc, quam vulgo *opinantur*.

PLIN. *Narrant* in Ponto Caeciam trahere nubes.

b.

PHAEDR. Quia videor acer, *alligant* me interdiu.

COLUM. In Umbria secundum terram *succidunt* frumentum.

CIC. Maxime *admirantur* eum, qui pecunia non movet.

299. *Aliqua verba subaudiuntur* (a), *maxime dico vel loquor* (b):

a. ALERE FLAMMAM VERITATIS

CIC. Martis vero signum quo mihi pacis auctori?

LIV. Nihil aliud quam steterunt parati ad pugnandum.

CIC. Vincam silentium; et si nihil aliud, certe gemitu interpellabo¹.

b.

CIC. Haec tu mecum saepe, *his absentibus*; sed, *his praeſentibus*, haec ego tecum, Milo.

CIC. De quo alias; nunc quod necesse est.

CIC. Non soleo temere contra Stoicos.

CAPUT TERTIUM.

DE ORATIONE PRONOMINIS RELATIVI.

I. Constructio relativi. — II. Contractio in participium.

I. Constructio relativi.

* 300. *Genus et numerus relativi est idem qui antecedentis²; casus varius est, pro vario relativi munere. Quare, si relativum fungatur numeri suppositi, erit cum verbo finito nominativus (a), cum infinito accusativus (b); si relativum fungatur vice termini, casus erit is, quem verbum postulet (c), et sic de ceteris rectionibus (d):*

¹ H. e.: Et si nihil aliud faciam....

² Quid sit antecedens et consequens, vide in n. 16.

a.

CIC. Moritur Quintius, *qui* tibi grandem pecuniam debuit.

PLAUT. Opus est nobis ancilla, *quae* texat et molat.

CIC. Longum exordium est, *quod* pluribus, quam satis est, producitur.

b.

CIC. Scit hoc Lentulus, *quem* adesse vides.

CIC. Illi ipsi venerunt, *quos* ego venturos esse praedixeram.

CIC. Retorquet oculos ad hanc civitatem, *quam* ex suis faucibus eruptam esse luget.

c.

CIC. Commoda, *quibus* utimur, lucem, *qua* fruimur, a Deo nobis impertiri videmus.

CIC. Quis est hodie, *cujus* intersit istam legem manere?

CIC. Sunt homines, *quos* infamiae suae non pudet.

d.

CIC. Obrepsti ad honores commendatione fumosarum imaginum, *quarum* simile habes nihil praeter colorem.

CIC. Omitto illud facinus, *quo* foedius nec fieri, nec cogitari quidquam potest.

LIV. Erat in castris C. Martius, *cui* cognomen Coriolano fuit.

† 301. *Antecedens et consequens possunt simul exprimi (a) vel supprimi (b); vel, suppresso antecedente, exprimi consequens (c); vel, suppresso consequente, exprimi antecedens (d):*

a.

CIC. Objecit mihi consulatum meum, qui consulatus verbo meus, re vester fuit.

CIC. Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quae domus erat indicio tui crudelissimi dominatus.

CIC. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo.

b.

CIC. Reperiam, *qui* scribat utra voles lingua.

CAT. Numquam tacet, *quem* morbus tenet loquendi.

PLAUT. Cupio dare mercedem, *qui* illum commonstret mihi¹.

c.

Ov. Cecidere manu, *quas* legerat *herbas*.

CIC. Quibus de *rebus* ad me scrisisti, coram videbimus.

QUINT. Timeo ne, *quos* porrexerim *cibos*, venena fiant.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

d.

CIC. Ego illam *sententiam* dixi, cui assensi sunt ad unum.

CIC. Tu illas *faces* incendisti, quibus semiustulatus ille est.

302. Oratio relativi veniente praeponitur:

CIC. Credam Sex. Naevium, *cujus* caput oppugnet, illius auribus pepercisse?

VELL. Respondit Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos *futuros* superiores.

CIC. Hoc natura est insitum, ut, quem timueris, quicum de vita contenderis, hunc semper oderis.

303. Uni verbo attribui licet duplex relativum:

CELS. Stomachum infirmum indicant pallor, macies, *quae* in *quo* non sunt, is firmi stomachi est.

CIC. Ab eodem Pompejo exempla sumantur, *qui quo* die bello praepositus est, vilitas annonae secuta est.

CIC. Admirantur eum, qui pecunia non movetur, *quod* in *quo* viro perspectum sit, hunc spectatum arbitrantur².

*304. Relativum cum negatione converti licet in *quin*, praecierit modo negatio (212):*

¹ Vide appendicem, n. 418.

² Similiter in relativio adverbio: LIV.: Legiones ductae sunt ad diruendam urbem, *quae ubi* intravere portas, non fuit tumultus.

CIC. Nego ullam picturam fuisse, *quin* conquerierit.

SALL. Quis est omnium his moribus, *quin* divitiis cum majoribus contendat?

PLAUT. Mihi jam nihil novi afferri potest, *quin* sim peritus¹.

305. Relativum cum ad, ex, in suppleri potest per quo, unde, ubi (a); genitivus autem relativi per adjectivum cuius (b):

a.

CIC. De illa re dicet ornatus quam ille, *unde* cognovit.

CIC. Fuit Diodorus apud eos, *quo* se contulit, propter virtutem gratiosus.

TER. Digna res est, *ubi* tu nervos intendas tuos.

b.

PLAUT. Argentum pro istisce ambabus, *cujae* erant, domino reddidi.

CIC. Ut optima conditione sit is, *cuja* res est, *cujum* periculum.

PLAUT. *Cujam* te esse vis, ad eum maxime duco².

II. Contractio in participium.

* *306. Relativum agens cum tempore praesente contrahitur in participium praesens (a), patiens cum tempore praeterito in participium praeteritum (b):*

a.

CIC. Caesari omnia perturbare *cupienti* causam belli in-^Rferendi dedisti³.

LIV. Jam equitum clamor exire *jubentium* instabat.

VIRG. Amisit Mantua campum *pascentem* niveos herboso flumine cycnos.

¹ *Cujus non sim peritus.*

² De concordantia relativi vide n. 16.

³ H. e.: Caesari, *qui omnia perturbare cupiebat* etc.

b.

CIC. Dubitas vitam suppliciis *eruptam* fugae mandare?¹
 VIRG. Surgunt de semine *habitae* Grajis oracula quercus.

SUET. Romam recens *conditam* cum magna clientum manu commigravit.

* 307. *Relativum agens cum tempore praeterito solum contrahitur in deponentibus:*

TER. Haec ego praeceps tibi hominis frugi *functus* officio.
 CIC. Ego adolescentes bonos, sed *usos* ea conditione fortunae, comitiorum ratione privavi.
 CIC. Mihi jam optanda mors est *perfuncto* his rebus.

* 308. *Cum tempore futuro agens contrahitur in futurum in rūs (a); patiens in futurum in dūs (b):*

a.

SEN. Ex torrente non semper *casu* cito hauriendum est.²
 LIV. Rem ausus est Cocles plus famae *habitaram* ad posteros quam fidei.

VELL. Illud referatur exemplum tanti mox *evasuri* viri.

b.

LIV. Adeo moverat cum *subenuda* dimicatio.
 CIC. Si forte videbor altius initium rei *demonstrandas* petisse, quaeso ut ignoscatis.
 CIC. Prudentia est rerum *expetendarum* *fugiendarumque* scientia.

* 309. *In verbo sum participium futurum ponitur ut in ceteris (a); quodsi oratio constabit praesente, cuius temporis sum caret participio, contrahetur oratio, si, sublatu relativo, praedicatum antecedenti concordaverit (b):*

¹ H. e.: Dubitas vitam, quam suppliciis eripuisti etc.

² H. e.: Ex torrente, qui non semper cadet etc.

a.

COLUM. Multis experimentis inspiciendus est, *futurus* villicus.

LIV. Alii alios intueri, contemplari inermes *futuras* dextras.
 CIC. Signa ostenduntur a diis rerum *futurarum*.

b.

CIC. Dii isti *Segulio* male faciant, *homini nequissimo* omnium.

PLAUT. Egon' *patri* surripere possim quidquam, tam *canto seni?*

GELL. Verba sunt *Varronis*, quam fuit *Claudius, doctioris.*

CAPUT QUARTUM.

DE ORATIONE INFINITA.

I. Infinitum generatim. — II. Infinitum singulatim. — III. Attractio et relectio infiniti.

I. Infinitum generatim.

* 310. *Voces infinitae quatuor sunt: prima est praesentis temporis (a), altera praeteriti (b), tertia futuri imperfecti (c), quarta futuri perfecti (d):*

a.

CAES. Eos suum adventum *expectare* jussit.
 CIC. Indicium describi ab omnibus librariis imperavi.
 LIV. Fama est aram esse in vestibulo templi Junonis.

b.

HOR. Omnem crede diem tibi *diluxisse* supremum.
 CIC. Clodium meo consilio *interfectum esse* dixisti.
 PLAUT. Nullam me *vidisse* credo anum magis excruciablem.

c.

PLAUT. Rem divinam se *facturum esse* dixerat.
 CIC. Quem tu locum Graeciae non *direptum iri* putas?

b.

CIC. Dubitas vitam suppliciis *eruptam* fugae mandare?¹
 VIRG. Surgunt de semine *habitae* Grajis oracula quercus.

SUET. Romam recens *conditam* cum magna clientum manu commigravit.

* 307. *Relativum agens cum tempore praeterito solum contrahitur in deponentibus:*

TER. Haec ego praeceps tibi hominis frugi *functus* officio.
 CIC. Ego adolescentes bonos, sed *usos* ea conditione fortunae, comitiorum ratione privavi.
 CIC. Mihi jam optanda mors est *perfuncto* his rebus.

* 308. *Cum tempore futuro agens contrahitur in futurum in rūs (a); patiens in futurum in dūs (b):*

a.

SEN. Ex torrente non semper *casu* cito hauriendum est.²
 LIV. Rem ausus est Cocles plus famae *habitaram* ad posteros quam fidei.

VELL. Illud referatur exemplum tanti mox *evasuri* viri.

b.

LIV. Adeo moverat cum *subenuda* dimicatio.
 CIC. Si forte videbor altius initium rei *demonstrandas* petisse, quaeso ut ignoscatis.
 CIC. Prudentia est rerum *expetendarum* *fugiendarumque* scientia.

* 309. *In verbo sum participium futurum ponitur ut in ceteris (a); quodsi oratio constabit praesente, cuius temporis sum caret participio, contrahetur oratio, si, sublatu relativo, praedicatum antecedenti concordaverit (b):*

¹ H. e.: Dubitas vitam, quam suppliciis eripuisti etc.

² H. e.: Ex torrente, qui non semper cadet etc.

a.

COLUM. Multis experimentis inspiciendus est, *futurus* villicus.

LIV. Alii alios intueri, contemplari inermes *futuras* dextras.
 CIC. Signa ostenduntur a diis rerum *futurarum*.

b.

CIC. Dii isti *Segulio* male faciant, *homini nequissimo* omnium.

PLAUT. Egon' *patri* surripere possim quidquam, tam *canto seni?*

GELL. Verba sunt *Varronis*, quam fuit *Claudius, doctioris.*

CAPUT QUARTUM.

DE ORATIONE INFINITA.

I. Infinitum generatim. — II. Infinitum singulatim. — III. Attractio et relectio infiniti.

I. Infinitum generatim.

* 310. *Voces infinitae quatuor sunt: prima est praesentis temporis (a), altera praeteriti (b), tertia futuri imperfecti (c), quarta futuri perfecti (d):*

a.

CAES. Eos suum adventum *expectare* jussit.
 CIC. Indicium describi ab omnibus librariis imperavi.
 LIV. Fama est aram esse in vestibulo templi Junonis.

b.

HOR. Omnem crede diem tibi *diluxisse* supremum.
 CIC. Clodium meo consilio *interfectum esse* dixisti.
 PLAUT. Nullam me *vidisse* credo anum magis excruciablem.

c.

PLAUT. Rem divinam se *facturum esse* dixerat.
 CIC. Quem tu locum Graeciae non *direptum iri* putas?

VAL. ANT. Haruspices dixerunt omnia e sententia *processum esse*¹.

d.

CIC. Mihi exploratum est illum non *facturum fuisse*.
CIC. Iter Asiaticum puto tibi *suscipendum fuisse*.
CIC. Dixit Clodium in Albano *mansurum fuisse*.

311. In altera (a) terriaque voce (b) *esse omitti* potest:

JUV. Credo pudicitiam Saturno rege moratam in terris.
CIC. Copiam quam largissime factam oportuit.
TER. Mansum tamen oportuit.

b.

CAES. Juravit se, nisi victorem, in castra non redditurum.
PLAUT. Misit nuper ad me epistolam sese experturum
quanti se penderem.
CIC. Hanc sibi rem praesidio sperat futurum¹.

* 312. Suppositum infiniti, nisi hoc ponitur impersonaliter (a), est accusativus (b); quem omitti fas est (c), si facile subaudiatur:

a.

CAES. Caesar receptui *cani* jussit.
CIC. Habitari ait Xenophanes in luna.
CAES. Nostri animadverterunt non *concurri* a Pompejanis.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PLAUT. Bono *me* ingenio esse ornatam quam auro mavolo.
CIC. Auguratus petitionem *te* mihi concessisse dixisti.
CIC. Non spero *te* istic jucunde hiemare.

¹ Archaismus haud infrequens.

c.

CIC. Ibi me non occidisti: magnum beneficium! potuisse enim fateor.

TIBULL. Nunc, dea, nunc succurre mihi; nam posse mederi picta docet templis multa tabella tuis.

CURT. Octoginta talenta constituit daturum Alexander.

† 313. Si agente infinitum caret, voce passiva (a)
effertur vel activa (b):

a.

SUET. Hos imperavit in asperrimas insularum *avehi*.
CIC. Ubi semel quis pejeraverit, ei *credi* postea non oportet.
TAC. Promptum vagina pugionem *asperari* saxo jubet.

b.

CIC. Dii jusserunt simulacrum Jovis *facere* majus et in excelsa *collocare*.

CIC. In hujusmodi sponsonem testes *dare* oportet.

SEN. Intemperantiam in morbo suam experti *parere* sibi in adversa valetudine vetant.

314. Efferri fas est infinitum sine regente, ubi subaudiiri possit *coepi* (a) vel *dico* (b) vel quidvis commodum (c):

a.

CIC. Postquam inde discessum est, *cogitare* iste nihil aliud, nisi quemadmodum regem spoliatum dimitteret.

SALL. Postulant plerique, uti proponeret, quae conditio belli foret; tunc Catilina *polliceri* proscriptionem locupletium.

CIC. Quod ubi auditum est, *aestuare* illi, qui pecuniam dederant.

b.

CAES. Exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret:
se, quum id fieri vellet, signum *daturum*.

CIC. Verres mittit trullam gemmeam rogatum: *velle* se eam diligentius considerare.

SALL. Jugurtha inter alias res jacit oportere quinquennii consulta rescindi; nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo *valuisse*.

c.

PLAUT. Proh deum atque hominum fidem, hoccine pacto indemnatum me *abripi*.

HOR. Huncine solem tam nigrum *surrexe* mihi.

PLAUT. Ita me probri *argutam* a viro meo.

II. Infinitum singulatim.

* 315. *Accusatus infinito nullus praedit*, si prius verbum fuerit **debeo**, **possum**, **soleo** (a) ceteraque, quae concordata vocant (b); item **dicor**, **jubeor**, **veto** (c) et alia id genus (d), nisi ponantur impersonaliter (e):

a.

CIC. Omnis actio vacare *debit* temeritate.

TER. *Possumne* ego hodie ex te exculpere verum?

CIC. Qui mentiri *solet*, pejerare consuevit.

b.

PLAUT. Quid *cessamus* proelium committere?

CIC. Dolabella injuriam facere fortissime *perseverat*.

CIC. De Ligarii facto non *audeam* confiteri.

c.

CIC. Siciliam C. Verres per triennium depopulatus esse dicebatur.

LIV. *Consules jubentur* exercitum conscribere.

QUINT. Athenis actor movere affectus *vatabatur*.

d.

CIC. Terentii fabulae *putabantur* a C. Laelio scribi.

CIC. Bibulus nondum *nuntiabatur* esse in Syria.

HIRT. Naves Euro portum capere *prohibebantur*.

e.

NEP. *Dicitur* matrem Pausaniae ad filium claudendum lapidem attulisse.

LIV. *Creditur* Pythagorae auditorem fuisse Numam.

CIC. Non dubie *nuntiabatur* Parthos transiisse Euphratem.

316. *Quare etiam praedicatum nominativo effertur*:

CIC. Crassus ab illa peste *infestissimus* esse praedicabatur.

TAC. Ferebatur vagari noctibus *solitus* esse.

CIC. Vere mihi hoc videor *dicturus* esse.

† 317. *Videor* concordatum ubique invenitur (a), impersonale vix usquam (b), nisi si deest persona, cui haereat (c):

a.

CIC. Si illud dices, improbe mentiri *videtur*.

CIC. Rem haud sane difficultem admirari *videmini*.

CIC. Relegatus esse mihi *videor*, postquam in Phormiano sum.

b.

GELL. *Videturne* tibi C. Caesarem aperte pronuntiasse?

CIC. Non mihi *videtur* ad beatē vivendum satis posse virtutem¹.

c.

CIC. Eam quoque, si *videtur*, correctionem explicabo.

CIC. Nunc mihi *visum est* de senectute aliquid ad te conscribere.

CIC. Si tibi *videbitur*, villis his utere.

† 318. *Debeo*, *possum*, *soleo* ac similia, passivo infinito, remanent tamen activa (a); at *coepi* (b, c) cum *desino* (d, e) possunt activa remanere (b, d) vel fieri passiva (c, e):

¹ Alii legunt *virtus*.

a.

NEP. Id Alcibiadi celari diutius non potuit.

CIC. His rebus coērceri milites solent.

CELS. Imponi debet emplastrum, puri movendo accommodatum.

b.

LIV. A duobus consulibus Casilinum oppugnari coepit.

SALI. Postquam tantam rem Marius patravit, clarior haberi coepit.

LIV. Injuriae plebi a primoribus fieri coepere.

c.

LIV. Prodigii loco ea clades haberi coepita est.

CIC. De republica consuli coepiti sumus.

NEP. Desiderari coepita est Epaminondae diligentia.

d.

CIC. Conventus jam pridem fieri desierunt.

QUINT. In sole ipsa sidera desinunt cerni.

COLUM. Quae limosa versantur arva, toto anno desinunt posse tractari.

e.

CIC. Veteres orationes post nostras legi sunt desitae.

SUET. Censores creari desitos longo intervallo creavit.

CIC. Papirius, qui Papisius est vocari desitus.

319. Non solum coepi et desino, coeptum est et desitum est (a), sed cetera etiam concordata (b), si desit persona, cui haerent, ponuntur impersonaliter:

a.

CIC. Jam pridem contra nostros desitum est disputari.

CIC. Dici a defensore coeptum est.

LIV. Consuli ordine coepit.

b.

CIC. Hic diutius maneri non potest.

PLAUT. Ad istum modum veniri non solet.

CAES. Pugnatum est ab hostibus sic acriter, ut a viris fortibus pugnari debuit.

320. Accedunt concordatis ea, quae pro sua natura (a) vel constructione (b) commune habent cum priori verbo suppositum:

a.

STAT. Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes.

CIC. Perge quatuor mihi istas partes explicare.

CURT. Vitricus tuus vitam tuam perditum ire properat.

b.

PLAUT. Lucernam forte oblitus eram extinguere.

VELL. Homerus fulgore carminum appellari poëta meruit.

TER. Pater esse disce ab his, qui vere sciunt.

† 321. Vix concordantur activa intellectus et linguae (a), voluntatis saepe (b), non semper (c):

a.

Ov. Rettulit Ajax Jovis esse pronepos.

HOR. Vir bonus dignis ait esse paratus.

CATULL. Phasellus ille, quem videtis, ait fuisse navium celerrimus.

b.

Ov. Cuperem semper tibi proximus esse.

CIC. Malim videri nimis timidus quam parum prudens.

CIC. Cato esse quam videri bonus malebat.

c.

CIC. Vitrici te similem quam avunculi esse maluisti.

PLAUT. Res quaedam est, quam ego volo *me* a te exorare.

CIC. Ego *me* Phidiam esse mallem quam vel optimum fabrum tignarium.

^t 322. **Promitto, spero, confido et similia promiscue accipiunt primam vocem (a) vel tertiam (b):**

a.

CIC. Sperabat Ajax Ulyssis morte se salutem sibi *comparare*.

PLAUT. Ei promisi dolium vini *dare*.

LIV. Inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se *educari*.

b.

PLAUT. Dicam, si fidem das non te *infidum fore*.

LIV. Pepigerant quotannis *juraturos* in verba Philippi.

PLAUT. Spes est hodie *tactum iri* militem.

323. **Memini promiscue admittit primam (a) et alteram vocem (b):**

a.

CIC. Minimistine me ante diem duodecimum kalendas dicere in senatu?

VIRG. Evidem Teucrum memini Sidona *venire* finibus expulsum patriis.

GELL. Memini me Julianum graviter aegrum *visere*.

b.

CIC. De comitiis me tibi *permisisse* memini.

VIRG. Sub Aebaliae memini me turribus altis Coricium *vidisse* senem.

QUINT. Qua de re memini *narrasse* mihi Julium.

324. **Credo, opinor, puto, inquam et si quod est aliud solent e contextu eripi:**

PROP. Qui, *puto*, Arioniam vexerat ante lyram.

PLAUT. Hercle, *opinor*, mihi advenienti hac nocte agitandum est vigilias.

CURT. Aetoli fundis, *credo*, et hastis repellentur.

325. **Possum, si quando intercesserit duas inter negationes, gaudebit infinitum (a) mutare subjunctivo (b), conversa in quin altera negatione; adsciscet etiam facere (c); cum quo infinito quin resolvatur licet in ut non (d):**

a.

CIC. Juvenem nostrum non possum non amare.

CIC. Non possum ejus casum non dolere.

CIC. Epistolas ad te non potui non dare.

b.

CIC. Non possum, *quin* exclamem, ut ait ille in Trinummo.

PLAUT. Ille non potuit, *quin* sermone aliquem familiarium participaverit de amica heri.

PLAUT. Non possum, *quin* revertar.

c.

CIC. *Facere* non possum, *quin* tibi sententiam declarem meam.

CIC. *Facere* non possum, *quin* ad te mittam.

PLAUT. Nullo modo potest fieri, *quin* dos detur virgini.

d.

CIC. Non potuisti ullo modo facere, *ut* illam epistolam *non* mitteres?

CIC. Ut nihil ad te dem litterarum, facere *non* possum.

CIC. Alterum facio, ut caveam; alterum, *ut* non credam, facere *non* possum.

III. Attractio et rejectio infiniti.

326. *Si prius verbum dativo gaudeat, datus alter, qui ad primum pertineat, ab infinito attrahitur (a, b); neque solum ab infinito esse (a), sed a quovis (b); at haec attractio non fit necessario (c):*

a.

- LIV. Vobis necesse est esse fortibus viris.
 QUINT. Oderit reum, cui diserto esse vacet.
 FLOR. Satius fuit populo Romano Sicilia contento esse.

b.

- HOR. Da mihi fallere, da justo sanctoque videri.
 VAL. MAX. Maximo tibi postea civi ac duci evadere contigit.
 LIV. His in recentem equum ex fesso transultare armatis mos erat¹.

c.

- CIC. Civi Romano licet esse Gaditanum.
 TER. Expedit bonas esse vobis.
 CAES. Is erat annus, quo per leges Caesari consulem fieri liceret.

327. Attrahitur et accusativus ab infinito:

- CIC. Antonius ajebat se tantidem aestimasse quanti sacerdotem².
 CIC. Te suspicor eisdem rebus quibus me ipsum interdum gravius commoveri.
 CIC. Affirmavi quidvis me potius perpressurum quam ex Italia me exiturum.

328. Attrahitur ipsum infinitum:

- LIV. Plebs aegre ferebat jacere tam diu irritas actiones, quum interim de suppicio suo latam legem confestim exerceri.
 LIV. Flaccus dicebat se moenibus inclusos tenere eos, quia, si evasissent aliquo, velut feras bestias per agros vagari.
 CAES. Caesar respondit, si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum memoriam deponere posset?

¹ Vide appendicem, n. 420.

² H. e.: Quanti sacerdos aestimasset.

† 329. Infinitum rejiciunt particulae indefinitae quantum, quid, quomodo, ubi ceteraque:

CIC. Vide quantum interfuerit inter meam atque tuam sententiam.

CIC. Statuis quid his ad denarium solveretur.

CIC. Dubito quomodo loquar aut taceam.

CIC. Nihildum audieramus, ubi esses nec quas copias haberet.

CIC. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit.

PLAUT. Expertae estis, quam ego sim mitis tranquillusque homo.

CAPUT QUINTUM.

DE ORATIONE SUBJUNCTIVA.

I. Verba intellectus, linguae et sensus. — II. Verba dubitativa. — III. Verba voluntativa et hortativa. — IV. Verba eventus et convenientiae. — V. Verba affectiva. — VI. Verba timoris. — VII. Verba prohibitiva.

I. Verba intellectus, linguae et sensus.

* 330. Verba intellectus, linguae et sensus ita gaudent infinito (a), ut id aegre mutent subjunctivo, adjecta particula quod (b):

a.

CIC. Omnes esse naturam divinam arbitrantur.

CAES. Caesari nuntiatum est equites Arioosti proprius tumulum accedere.

SEN. Pompejos, celebrem Campaniae urbem, desedisse terrae motu audivimus.

b.

PALL. Aliqui semen ejus non obruant opinantes quod a nulla ave tangatur.

CELS. Dicam quod in vicino saepe quedam notae imperitos medicos decipiunt.

CORN. GALL. Saeva, non vides quod ego langueo¹.

¹ Vide appendicem, n. 421.

a.

- LIV. Vobis necesse est esse fortibus viris.
 QUINT. Oderit reum, cui diserto esse vacet.
 FLOR. Satius fuit populo Romano Sicilia contento esse.

b.

- HOR. Da mihi fallere, da justo sanctoque videri.
 VAL. MAX. Maximo tibi postea civi ac duci evadere contigit.
 LIV. His in recentem equum ex fesso transultare armatis mos erat¹.

c.

- CIC. Civi Romano licet esse Gaditanum.
 TER. Expedit bonas esse vobis.
 CAES. Is erat annus, quo per leges Caesari consulem fieri liceret.

327. Attrahitur et accusativus ab infinito:

- CIC. Antonius ajebat se tantidem aestimasse quanti sacerdotem².
 CIC. Te suspicor eisdem rebus quibus me ipsum interdum gravius commoveri.
 CIC. Affirmavi quidvis me potius perpressurum quam ex Italia me exiturum.

328. Attrahitur ipsum infinitum:

- LIV. Plebs aegre ferebat jacere tam diu irritas actiones, quum interim de suppicio suo latam legem confestim exerceri.
 LIV. Flaccus dicebat se moenibus inclusos tenere eos, quia, si evasissent aliquo, velut feras bestias per agros vagari.
 CAES. Caesar respondit, si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum memoriam deponere posset?

¹ Vide appendicem, n. 420.

² H. e.: Quanti sacerdos aestimasset.

† 329. Infinitum rejiciunt particulae indefinitae quantum, quid, quomodo, ubi ceteraque:

CIC. Vide quantum interfuerit inter meam atque tuam sententiam.

CIC. Statuis quid his ad denarium solveretur.

CIC. Dubito quomodo loquar aut taceam.

CIC. Nihildum audieramus, ubi esses nec quas copias haberet.

CIC. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit.

PLAUT. Expertae estis, quam ego sim mitis tranquillusque homo.

CAPUT QUINTUM.

DE ORATIONE SUBJUNCTIVA.

I. Verba intellectus, linguae et sensus. — II. Verba dubitativa. — III. Verba voluntativa et hortativa. — IV. Verba eventus et convenientiae. — V. Verba affectiva. — VI. Verba timoris. — VII. Verba prohibitiva.

I. Verba intellectus, linguae et sensus.

* 330. Verba intellectus, linguae et sensus ita gaudent infinito (a), ut id aegre mutent subjunctivo, adjecta particula quod (b):

a.

CIC. Omnes esse naturam divinam arbitrantur.

CAES. Caesari nuntiatum est equites Arioosti proprius tumulum accedere.

SEN. Pompejos, celebrem Campaniae urbem, desedisse terrae motu audivimus.

b.

PALL. Aliqui semen ejus non obruant opinantes quod a nulla ave tangatur.

CELS. Dicam quod in vicino saepe quedam notae imperitos medicos decipiunt.

CORN. GALL. Saeva, non vides quod ego langueo¹.

¹ Vide appendicem, n. 421.

II. Verba dubitativa.

* 331. Infinitum (a) verborum dubitandi mutatur subjunctivo cum *an*, *utrum*, *num* (b) aut *ne* enclitica (c)¹:

a.

NEP. Non dubitat consilia sua *perventura esse* ad aures regis.

CURT. Si Tanaim transierimus, quis dubitat *patere* etiam victoribus Europam?

CIC. Dubitet Curtius *consulatum petere*?

b.

CIC. Dubitabitur, *utrum* sit probabilius Naevium petiturum fuisse?

CIC. Primum addubitavi, *num* a Volumnio esset epistola.

CURT. *An* permissuri sint Macedones, dubito.

c.

CIC. Itinerum meorum ratio te in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia.

CIC. Honestumne factu sit an turpe, dubitant.

CIC. Antea dubitabam, venturaene essent legiones.

† 332. *Quin non ponitur, nisi praecedat negatio (a)*
aut quidvis (b), quod pro negatione haberi possit (212):

a.

CURT. *Haud* dubius erat, quin vera referrentur.

VELL. *Non* dubites, Vinici, *quin* magis e republica fuerit manere rudem Corinthiorum intellectum.

CIC. *Non* dubitabat Minucius, *quin* iste illo ipso die quae-situru non esset.

b.

CIC. *Quasi* vero dubium sit, *quin* tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa constituta sit.

¹ Vide appendicem, n. 422.

SALL. Cui dubium esse potest, quin opulentiam istam ex sanguine civium pararis?

CIC. Vide, quam turpi leto pereamus, et dubita, *si potes*, quin ille, seu victus seu vinctus redierit, caedem facturus sit¹.

† 333. In dubio disjunctivo dant priori membro *utrum* vel *ne* encliticam, alteri *an* (a); priori etiam demunt particulam (b):

a.

CIC. Pompejus Scauro studet; sed *utrum* fronde *an* mente dubitat.

SALL. Incertus sum, quid agam: tuasne injurias persequar *an* regno consulam.

CIC. Hannibal dubitavit, *utrum* columna solida esset *an* extrinsecus inaurata.

b.

SALL. Dubitare Jugurtha coepit, virtuti popularium *an* fidei minus crederet.

VELL. Quis dubitat, suo *an* Cleopatrae arbitrio victoriam temperaturus fuerit?

SUET. In obeundis expeditionibus dubium est, cautor *an* audentior fuerit.

334. Alteri membro neganti additur *ne*ne vel *an* non:

CIC. Aristo dubitat, omnino Deus animans *ne*ne sit.

CIC. Parthi transierint *ne*ne, praeter te video dubitare neminem.

PLAUT. At etiam dubitavi, hos homines emerem *an* non emerem.

† 335. Similiter his construetur oratio, quae constabit implicita quaestione (a); quae, si fiat explicita, effertur indicativo (b):

¹ Vide appendicem, n. 408.

a.

AD HER. Deliberat senatus, solvatne legibus Scipionem.

TER. Vos eritis mihi judices laudin' an vitio duci factum id oporteat.

CIC. Doleam *necne* doleam, nihil interest.

b.

NAEV. Utrubi coenaturi *estis*, hiccine an in triclinio?

HOR. Num *furis* an prudens *tudis* me?

CIC. Utrum hoc crimen tantum *praetermittes* an *objicies*?

III. Verba voluntativa et hortativa.

* 336. *Verba voluntativa et hortativa accipiunt infinitum (a) aut subjunctivum, expressa particula ut (b) vel suppressa (c):*

a.

CIC. Pictores et poëtae suum quisque opus considerari vult.

CAES. Caesar bellum cum Germanis gerere constituit.

PLAUT. Tuae mercedis causa nos nostras domos postulas comburere?

b.

SUET. Nuntiantibus legatis jussit continuo, *ut* statuam ponerent.

CIC. Ardeo cupiditate, nomen *ut* nostrum scriptis celebretur tuis.

PLAUT. Fratrem *uti* requiram atque *uti* redimam, volo.

c.

CURT. Malo, me fortunae poeniteat quam victoriae pudeat.

TER. Jube nunc jam, dinumeret istis ille Babylo viginti minas.

CAES. Cohortamur magno sit animo neve dubitet proelium committere.

337. *In negando accipiunt ne (a), ut ne (b), non (c):*

a.

CIC. Quum divina cognoverit, volo, *ne* ignoret humana.

MACR. Hercules facturus sacrificium custodibus jussit, *ne* mulierem interesse paterentur.

CIC. Rogo te, *ne* demittas animum neve obrui te sinas.

b.

CIC. Fuit optandum Caecinae, *ut ne* cum tam improbo homine controversiam haberet.

PLAUT. Per ego te haec genua oro, *ut ne* te pigeat dare operam mihi.

c.

CIC. Vellem, tua te occupatio *non* impediret.

VAL. MAX. Interim a sole mihi velim *non* obstes.

† 338. *Volo, nolo, cupio et si quod est aliud, gaudent altera voce passiva, expresso esse (a) vel suppresso (b); quae vox, si deerit patiens, ponitur absolute (c):*

a.

PLAUT. Nuntiate, *ut* prodeat foras Guiddeneme; est qui illam *conventam esse* vult.

CIC. Corinthum, totius Graeciae lumen, *extinctum esse* voluerunt.

TER. Non hoc de nihilo est, quod Laches me nunc *conventam esse* expedit.

b.

CIC. Domestica te cura *levatum* volo.

CIC. Quia nati sunt cives, *monitos* eos etiam atque etiam volo.

NEP. Qui civitatem *conservatam* cuperet, pecuniam numeravit de suo.

c.

CIC. Natura praescribit, *ut* homo homini *consultum* velit.

PLAUT. Si quando homini dii *benefactum* esse voluerunt, aliquo id pacto obtinat.

LIV. Adversae fortunae velit *succursum*.

* 339. *Curo, decerno, statuo, censeo et similia amant futurum in dus (a), hortor, impello, invito et similia gerundium cum ad (b):*

a.

SALL. Aetatem procul a republica *habendam* decrevi.

TAC. Nomen Pisonis *radendum* fastis censuit.

CIC. Ne absens censeare, curabo *edendum*.

b.

CIC. Consules populum hortantur *ad* rogationem *accepientiam*.

CIC. Sum equidem a te lassitus *ad* scribendum.

CIC. Eos non *ad* perficiendum scelus, sed *ad* luendas reipublicae poenas furiae quaedam incitaverunt.

340. *Oro, precor, quaeso, obsecro et alia id genus gaudent imperativo:*

TER. Ne *crucia* te, obsecro, anime mi.

CIC. Ad ea, quae dicturus sum, *reficite* vos, quaeso, judices.

VIRG. Oro te, *eripe* me, his, invicta, malis.

IV. Verba eventus et convenientiae.

* 341. *Verbis eventus (a, b) et convenientiae (c, d) praeter infinitum (a, c) datur subjunctivus cum ut (b, d), quam partitum taceri licet (e):*

a.

HOR. Non cuivis homini contingit *adire* Corinthum.

CIC. Videte quam indigne accidat rem indignam non *vindicari*.

TIBULL. Mihi contingat patrios *celebrare* penates.

b.

PLAUT. Non potest fieri, *ut* tempore uno homo idem duobus locis simul sit.

CIC. Hujus me constantiae futurum puto, *ut* numquam poeniteat.

CIC. Nihil proprius factum est, quam *ut* Cato occideretur.

c.

CAT. Patrem familie villam rusticam bene aedificatam *habere* convenit.

PLAUT. Siccine oportet *ire* amicos amanti operam datum?

CIC. Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum *frangi* cupiditate.

d.

CIC. Utriusque nostrum magni interest, *ut* te videam, ante quam decessas.

PLAUT. Aequum videtur tibi, *ut* ego, alienum quod est, meum esse dicam?

TER. An cuiquam est usus homini, se *ut* cruciet?

e.

CIC. Ego hoc uno crimine illum condemnem necesse est.

CIC. Doceas oportet Alphenum negasse.

CIC. Necesse est iste, qui amicum fortunis spoliare coatus est, se perfidiosum esse fateatur.

342. *Cum quibus verbis ut non convertatur licet in quin, dummodo praeceat negatio (212):*

PLAUT. Numquam fiet hodie, *quin* haec saltet.

LIV. Haud multum absuit, *quin* ab exsulibus occideretur.

LIV. Tanta circa trepidatio fuit, ut non multum abasset, *quin* opera desererentur.

343. *Ex quibus opus est, usus est (a) itemque oportet (b) gaudent participio praeteriti:*

a.

CAT. Quae opus sint *locato*, locentur.

PLAUT. Tacere nequeo misera, quod *tacito* usus est.

PLAUT. Ibo domum, ut parentur, quibus *paratis* opus est.

b.

CIC. Apollinis signū certe *ablatum* non oportuit.

TER. Adolescenti morem *gestum* oportuit.

PLAUT. Jovi aut mola salsa aut thure *comprecatam* oportuit¹.

VERBATA Verba affectiva.

* 346. **Miror, taetor, doleo, poenitet et alia ejusmodi praeter infinitum (a) accipiunt quod cum subjunctivo (b) vel indicativo (c); quodsi prius verbum fuerit praesens vel futurum, pro quod admittunt si (d):**

a.

VIRG. Nec te poeniteat calamo *trivisse* labellum.

CIC. Jam minime miror te cum latronibus vivere in diem.

CIC. Peccasse enim se non anguntur; *objurgari* moleste fuerunt.

b.

CIC. Mirati sunt, quod Apollonius homo pecuniosus tam diu ab isto maneret integer.

PHAEADR. Pavo ad Junonem venit indigne ferens, *quod* cantus lusciniī sibi non tribuerit.

CIC. Etiam illud moleste fero, *quod* parum comitatus exierit.

c.

CIC. Si id dolemus, quod eo frui non licet, nostrum est id malum.

CIC. Consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni *sunt* infensa.

¹ Desunt numeri 344 et 345, mutatione facta, quum liber sub typis jam esset.

d.

CIC. Laetabor, si te valentem video.

PLAUT. Tu miraris, si patrissat filius?

PLAUT. Quid ploras, pater? — Mirum ni cantem¹.

VI. Verba timoris.

* 347. *Infinitum verborum timendi (a) mutare potes subjunctivo, adjecta particula ne (b), siquid metuas fieri; ut (c) aut ne non (d), si metuas non fieri*²:

a.

LIV. Timuit Mucius sciscitari uter Porsena esset.

CIC. Vos Allobrogum testimoniis non credere timetis.

SALL. Caveret id petere a populo Romano, quod sibi jure negaretur.

b.

CIC. Vereor, ne Pompejo quid oneris imponam.

Plaut. Metuo et timeo, ne hoc tandem propalam fiat.

CIC. Virgis ne caederetur monet, ut caveat.

c.

PLAUT. Ornamenta, quae locavi, metuo, ut possim recipere.

CIC. Verentur patres conscripti, ut habeam satis praesidii ad ea, quae statueritis, transigunda.

CIC. Quia vos hoc foedus non jusseritis, veretur Hiempsal, ut sit satis firmum.

d.

CURT. Vereor, ne non praesenti fortunae tuae sufficere possis.

LIV. Timebat ne, si frequentia intraret loca, contineri miles non posset.

CIC. Non vereor, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat.

¹ Ni est si non.

² Vide appendicem, n. 425.

348. Post *cave* fere omittunt *ne* (a); quodsi *caveo* ferat *ut*, pertinet ad voluntativa (b):

a.

SALL. Cavete inulti amittatis animam.

PLAUT. Cave quemquam alienum in aedes intromiseris.

CIC. Caesar, cave ignoscas, cave te fratum pro fratribus salute obsecrantium misereat.

b.

CIC. Cavit testamento, *ut* dies natalis agatur.

GELL. Legi cantum est, *ut* diebus ludorum sestertios tricenos in coenam insumere jus esset.

COLUM. Si editior ripae situs permetteret superponere villam profluenti, cavendum erit, *ut* a tergo potius quam praese flumen habeat.

349. Est nomen pro priori verbo:

LIV. *Pavor* ceperat milites, ne vulnus Scipionis mortiferum esset.

CIC. Haud sane *periculum* est, ne non mortem aut optandam aut certe non timendam putet.

COLUM. *Timor* est, ne autumnalis satio hiemis geliditatis peruratur.

VII. Verba prohibitiva.

* 350. In prohibendo praeter infinitum (a) utimur subjunctivo cum *ne* (b) vel *quominus* (c); *quin* nusquam, nisi primaria negat (d):

a.

CIC. Desperatis Hippocrates vetat *adhiberi* medicinam.

CIC. Ejus libidines *commemorare* pudore deterreor.

HIRT. Alexandrini nostros *adire* propius prohibuerunt.

b.

CIC. Jam impedit egomet dolore animi, *ne* de hujus miseria plura dicam.

PLAUT. Qui tu prohibere me potes, *ne* suspicer?

CIC. Neque id tamen, *ne* faciam, interdictum puto.

c.

CAES. Custodiis Numidarum, *quominus* sine periculo faceremus, impediebamur.

SALL. Nox atque praeda hostes, *quominus* victoria ute-rentur, remorata est.

CIC. Nihil impedit, *quominus* id, quod maxime placet, facere possimus.

d.

SALL. Non humana ulla neque divina obstant, *quin* socios et amicos trahant.

PLAUT. Nemo hinc vetat, *quin*, quod palam est venale, si argentum est, emas.

HOR. Has nullo possum prohibere modo, *quin* ossa legant.

CAPUT SEXTUM.

DE CETERIS ORATIONIS MODIS.

I. Modus finalis. — II. Modus causalis. — III. Modus conditionalis. — IV. Modus temporalis. — V. Modus correlativus.

I. Modus finalis.

1. Finalis per particulas. — 2. Finalis per participium. — 3. Finalis per gerundium. — 4. Finalis per supinum. — 5. Finalis per infinitum.

6. Finalis per partículas.

* 351. Subjunctiva finalis gerit partículas *ut* (a) vel *quo* (b), maxime in comparando (c):

a.

CIC. Platonem ferunt, *ut* Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse.

CIC. Vigilas tu de nocte, *ut* tuis consultoribus respondeas.

AD HER. Esse oportet, *ut* vivas; non vivere, *ut* edas.

348. Post *cave* fere omittunt *ne* (a); quodsi *caveo* ferat *ut*, pertinet ad voluntativa (b):

a.

SALL. Cavete inulti amittatis animam.

PLAUT. Cave quemquam alienum in aedes intromiseris.

CIC. Caesar, cave ignoscas, cave te fratum pro fratribus salute obsecrantium misereat.

b.

CIC. Cavit testamento, *ut* dies natalis agatur.

GELL. Legi cantum est, *ut* diebus ludorum sestertios tricenos in coenam insumere jus esset.

COLUM. Si editior ripae situs permetteret superponere villam profluenti, cavendum erit, *ut* a tergo potius quam praese flumen habeat.

349. Est nomen pro priori verbo:

LIV. *Pavor* ceperat milites, ne vulnus Scipionis mortiferum esset.

CIC. Haud sane *periculum* est, ne non mortem aut optandam aut certe non timendam putet.

COLUM. *Timor* est, ne autumnalis satio hiemis geliditius peruratur.

VII. Verba prohibitiva.

* 350. In prohibendo praeter infinitum (a) utimur subjunctivo cum *ne* (b) vel *quominus* (c); *quin* nusquam, nisi primaria negat (d):

a.

CIC. Desperatis Hippocrates vetat *adhiberi* medicinam.

CIC. Ejus libidines *commemorare* pudore deterreor.

HIRT. Alexandrini nostros *adire* propius prohibuerunt.

b.

CIC. Jam impedit egomet dolore animi, *ne* de hujus miseria plura dicam.

PLAUT. Qui tu prohibere me potes, *ne* suspicer?

CIC. Neque id tamen, *ne* faciam, interdictum puto.

c.

CAES. Custodiis Numidarum, *quominus* sine periculo faceremus, impediebamur.

SALL. Nox atque praeda hostes, *quominus* victoria ute-rentur, remorata est.

CIC. Nihil impedit, *quominus* id, quod maxime placet, facere possimus.

d.

SALL. Non humana ulla neque divina obstant, *quin* socios et amicos trahant.

PLAUT. Nemo hinc vetat, *quin*, quod palam est venale, si argentum est, emas.

HOR. Has nullo possum prohibere modo, *quin* ossa legant.

CAPUT SEXTUM.

DE CETERIS ORATIONIS MODIS.

I. Modus finalis. — II. Modus causalis. — III. Modus conditionalis. — IV. Modus temporalis. — V. Modus correlativus.

I. Modus finalis.

1. Finalis per particulas. — 2. Finalis per participium. — 3. Finalis per gerundium. — 4. Finalis per supinum. — 5. Finalis per infinitum.

6. Finalis per partículas.

* 351. Subjunctiva finalis gerit partículas *ut* (a) vel *quo* (b), maxime in comparando (c):

a.

CIC. Platonem ferunt, *ut* Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse.

CIC. Vigilas tu de nocte, *ut* tuis consultoribus respondeas.

AD HER. Esse oportet, *ut* vivas; non vivere, *ut* edas.

b.

NEP. Athenas se contulit, non *quo* sequeretur otium; sed ut patriam recuperare niteretur.

SALL. Ego vos, *quo* pauca monerem, vocavi.

PLAUT. Idcirco tanta facinora promitto, *quo* vos oblectem.

c.

NEP. Cupivit bellum componere, *quo* valentior postea congrederetur.

CIC. Libertate usus est, *quo* impunius dicax esset.

CAES. Castella communis, *quo* facilius, si se invito transire conarentur, prohibere posset.

† 352. Qui ponitur pro ut is¹, cuius pro ut ejus; cui pro ut ei et ita porro (a), item ubi pro in quo aut in quibus; unde pro ex quo aut ex quibus (b):

a.

CIC. Delectus sum ab universa provincia, *qui* ejus fortunas defendam.

NEP. Menestheo dantur duo usu et sapientia praestantes, *quorum* consilio utatur.

CIC. Antonium misi ad te, *cui* traderes cohortes.

CIC. Quis apparitor tam humilis: beneficia, *quae* venderet, a collega petebat.

CIC. Bacillum prope me, *quo* abigam, ponitote.

NEP. Hoc unum satis erit dictum, *ex quo* intelligi possit, quantus ille fuerit.

b.

VARRO. Singulis suis, *ubi* pariant, faciendum est haras quadratas.

TER. Lectulos ligneis pedibus faciendo dedit, *ubi* poteris vos.

NEP. Artaxerxes Lampsacum urbem Themistocli donarat, *unde* vinum sumeret.

¹ Cujusvis personae.

353. Si negandum sit, dicimus ne (a), ut ne (b), quo minus (c):

a.

PLAUT. Ea huc gratia praecucurri, *ne* te opprimeret imprudentem.

HIRT. Qui in navibus erant, scalas rapere properabant, *ne* hostes navibus potirentur.

CIC. Non solum nequid enunties, sed etiam nequid auferas custodiendus es.

b.

CIC. Suspicor eo mihi semihoram praestitutam esse, *ut* ne plura de pudicitia dicerem.

CIC. Non tam ut prosim causae elaborare soleo, quam *ut* nequid obsim.

PLAUT. Vis tibi ducentos nummos promittier, *ut* ne clamorem hic facias neu convicium?

c.

TER. Quidquam fallacie in nuptiis conare, *quominus* fiant.

CURT. *Quominus* caedis puderet, jure interfectum Clitum Macedones decernunt.

SALL. Hanc ego causam, patres conscripti, *quominus* consilium novum capiamus, in primis magnam puto.

2. Finalis per participium.

† 354. Finalis contrahitur participio in rūs, si ejus agens reperiatur in primaria (a), in dus, si patiens (b):

a.

Ov. Venit leaena *depositura* sitim vicini fontis in unda.

VELL. Caesar nepotem suum reliqua belli *patraturum* misit in Germaniam.

HOR. Saepe stilum vertas, iterum, quae digna legi sunt, *scripturus*.

b.

HIRT. Caesar Asiam finitimasque provincias Calvinus *administrandas* tradiderat.

MART. Haec quum condita sunt, traduntur pueri domum ferenda.

SEN. Non habet sapiens *mittendos* trans maria legatos.

3. *Finalis per gerundium.*

^t 355. *Finalis effertur etiam gerundio: vel genitivi cum causa aut gratia (a), [quod vix omittitur (b)], vel dativi (c) vel accusativi cum ad (d):*

a.

SALL. Ab Metello *petundi gratia* missionem rogat.

SALL. *Dissimulandi causa* et quasi sui *purgandi* Catilina in senatum venit.

HIRT. Erant omnibus ostiis Nili custodiae, *exigendi* portiori *causa*, dispositae.

b.

TAC. Spectatus est Sacrovir in tecto capite pugnam ciens *ostendendae*, ut ferebat, *virtutis*.

TER. Vereor coram in os te laudare, ne id *assentandi* magis quam quo habeam gratum facere existumes.

SALL. Quum privata arma *opprimundae* libertatis cepisset Lentulus, sibi quisque opes quaerendo consilium publicum corruerunt.

c.

TAC. Ejus anni principio Tiberius quasi *firmandae* valitudini in Campaniam secessit.

LIV. Turres contubulatas machinamentaque alia *quatiendis* muris portabant.

PLAUT. Abiisti ad forum *inveniundo* argentum.

d.

SEN. Apparet summi ingenii viro non judicium defuisse, *ad compescendum* scientiam carminum.

¹ De usu gerundiorum vide n. 132.

VELL. Cives Romanos *ad censendum* ex provinciis in Italiam revocarunt.

CAES. Minimum spatium *ad se armando* Romanis datur.

4. *Finalis per supinum.*

^t 356. *Subjunctiva finalis mutatur supino, si primaria motum habet (a) vel subaudit (b):*

a.

SALL. Licentiam in vos *auctum atque adjutum* properatis.

CIC. Quis est qui nesciat venisse eam tot dierum viam tibi *gratulatum*?

PLAUT. Per Dionysia mater me pompam *spectatum* duxit.

b.

SALL. Neque ego vos *ultum* injurias hortor, sed magis ut requiem capiatis.

TER. Datur illa hodie Pamphilo *muptum*.

CIC. Fama est consurrexisse omnes et senem illum sessum recepisse.

5. *Finalis per infinitum.*

357. *Infinito etiam significatur finis, maxime apud poetas:*

VIRG. Non ferro Libycos *populare* penates venimus.

PLAUT. Parasitum misi Cariam *petere* argentum.

STAT. Tu Tyrias arces adversaque signa vacasti *sternere*.

II. Modus causalis.

1. Causal per particulas. — 2. Causal per participium.

1. Causal per particulas.

* 358. *Modus causalis addit quod subjunctivo (a) vel indicativo (b), item quia (c, d) vel quo (e):*

a.

CIC. Ajebant sese jam ne deos quidem habere, *quod* eorum simulacra Verres *sustulisset*.

SUET. Caligula avaritiae singulos increpabat, *quod* non puderet eos locupletiores esse quam se.

CIC. Laudas illum, *quod* dodrantarias tabulas instituerit.

b.

CIC. Hi me idcirco oderunt, *quod* eorum conatus impios repressi.

SALL. Antonius pedibus aeger, *quod* proelio adesse nequibat, Petrejo exercitum permittit.

CIC. Haec plurimis a me verbis dicta sunt ob eam causam, *quod* his libris *erat* instituta mihi de republica disputatio.

c.

CURT. Monuerunt vates ne intraret, *quia* periculum portenderetur.

HOR. Servos projicere aurum in media jussit Libya, *quia* tardius irent propter onus.

PLAUT. Mater mea irata est mihi, *quia* non redierim domum.

d.

HOR. Rancidum aprum antiqui laudabant, non *quia* nasus illis nullus *erat*.

CIC. Urbs, *quia* postrema aedificata *est*, Neapolis nominatur.

PLAUT. Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est, *quia* nemo fere huc sine damno divertitur.

e.

SALL. Idcirco respublica disjecta est, *quo* te custodem habebat.

CIC. Non eo dico, *quo* mihi *veniat* in dubium tua fides.

CIC. Non *quo* de tua constantia *dubitem* sed *quia* mos est ita rogandi, rogo.

359. *Non quod non* (a) breviatur in *non quin* (b):

a.

CIC. Mihi quidem apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur, *non quod non* tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos videtis, sed *quod* laude populari caruerunt.

b.

CIC. Id reprehendere non audeo, *non quin* ab eo dissentiam, sed *quod* ea te sapientia esse video.

SALL. Publicam miserorum causam suscepi, *non quin* aes alienum solvere possem, sed *quod* non dignos honore honestatos videbam.

CIC. Iisdem de rebus volui ad te saepius scribere, *non quin* confidam diligentiae tuae, sed rei me magnitudo movebat.

360. *Ipsum relativum causam interdum continet*:

CIC. Si tibi stultus videor, *qui* sperem; facio tuo jussu.

LIV. Maelium jure caesum pronuntiat, *qui* vocatus a magistro equitum non venisset.

CIC. Tu dies noctesque cruciaris, *cui* non sat est, quod est.

2. Causal per participium.

† 361. *Vim* habet aliquando causalem participium praeteritum, vel in ablativo absoluto (a) vel in accusativo cum *ob* vel *propter* (b):

LIV. Regnum haud satis prosperum fuerat, vel neglectis religionibus vel prave cultis.

CIC. Verendum mihi non erat nequid, hoc parricida civium imperfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret.

HOR. Cras, nato Caesare, festus dat veniam somnumque dies.

b.

LIV. Fabio, *ob* perdomitam Etruriam, continuatur consulatus.

VAL. MAX. Veturius Samnitibus *ob turpiter ictum* foedus deditus fuerat.

LIV. *Propter* crebrius eo anno de coelo *lapidatum* libri Sibyllini inspecti sunt.

III. Modus conditionalis.

* 362. *Modus conditionalis constat particulis si, dum et alius cum subjunctivo (a) vel indicativo (b), saepe cum futuro subjunctivo (c) vel indicativo (d):*

a.

CIC. Ego, *si cui adhuc videor* segnior, *dum ne tibi videar*, non laboreo.

CIC. Nae tu jam *mecum in gratiam redeas*, *si scias* quam me pudeat nequitiae tuae.

CIC. Manent *ingenia senibus*, *modo permaneat* studium et industria.

b.

CIC. Ego animi *pendere soleo*, *si traducor* alio.

CIC. Mors optanda est, *si aliquo animum deducit*, ubi sit futurus aeternus.

CIC. Ea caedes, *si criminis datur*, detur ei, cuja interfuit.

c.

GURT. At hercule, *si paulum cessaverimus*, in tergis nostris Scythaे haerebunt.

LIV. Ferrum in manu est; morire, *si emiseris* vocem.

PLAUT. *Si dixero* mendacium, meo more fecero.

d.

CIC. *Si illi bellum facere conabuntur*, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius.

HOR. *Si dura morabitur* alvus, pellent obstantia conchae.

CIC. Te nolo ad me venire; ego potius accedam, *si diutius impediere*.

363. *Si non (a) convertitur in nisi (b) aut nisi si (c):*

a.

CIC. Vident agros sibi esse, *si non* vendiderint, relinquendos.

HOR. Quo mihi fortuna, *si non* conceditur uti?

SUET. Deos obsecro, ut te nobis conservent, *si non* populum Romanum perosi sunt.

b.

CIC. Circumspicite omnes procellas, quae impendent, *nisi* providetis.

NEP. Dionis consilio movebatur Dionysius, *nisi* qua in re major ipsius cupiditas intercesserit.

SALL. *Ni virtus fidesque vestra* satis spectata mihi forent, nequidquam opportuna res cecidisset¹.

c.

CIC. Miseros illudi nolunt, *nisi si* se forte jactant.

OV. Vidi praecedere longam ante pedes umbram, *nisi si* timor illa videbat.

CIC. Non est is Quintius, *nisi si* latitant, qui ad negotium suum proficiscuntur.

364. *Nisi quod servit excipiendo:*

CIC. Praedia me valde delectant, *nisi quod* me aere alieno obruerunt.

CIC. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, *nisi quod* in philosophia ab eo dissentio.

SALL. Ab negotiis numquam voluptas eum remorata est, *nisi quod* de uxore potuit honestius consuli.

365. *Sin ponitur in conditionali adversativa:*

CIC. Si suscipis causam, conficiam commentarios; *sin autem differs*, tecum loquar.

¹ Ni est nisi.

SALL. Persuadent, uti Jugurtham maxime vivum, *sin id* parum procederet, necatum sibi traderent.

CIC. Si iniquus es in me judex, condemnabo eodem te criminis; *sin me id facere noles*, te mihi aequum praebere debebis.

366. *Ponitur in primaria saepe indicativus pro subjunctivo:*

TAC. Si te privatus adoptarem, et mihi egregium *erat* et tibi insigne.

VAL. MAX. Si te Gracchus templo Jovis faces subdere jussisset, obsequuturusne illius voluntati *fueristi*?

CIC. Quod si putasset, certe optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio.

367. *Desideratur modo particula conditionalis (256, a), modo ipsum conditionatum:*

SEN. Si damna irae intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit¹.

GELL. Mihi quidem neque oculi truces sunt neque os turbidum; haec enim, si ignoras, signa esse irarum solent.

CIC. Si inimico testi credi non oportuit, inimicitor Marcello Crassus est.

368. *Post nisi non subit infinitum (a), nisi subauditur verbum regens (b):*

a.

CIC. Quum a negotiis sevocabamus animum, quid tunc agimus, *nisi* animum ad se ipsum *advocabamus*?

CIC. Nihil aliud fecerunt, *nisi* rem *detulerunt*.

NEP. Neque aliud quidquam egit Hannibal, *quam* regem armavit et exercuit adversus Romanos².

b.

PHAEDR. Nec quidquam possunt *nisi* meliores carpere.

CIC. Quid possumus aliud *nisi* moerere?

PLAUT. Nihil scit, *nisi* verum loqui³.

¹ Nam plena sententia esset: Si damna irae intueri velis, videres nullam pestem pluris stetisse.

² Hic *quam* est *nisi*.

³ H. e.: Nihil scit, *nisi* scit verum loqui.

IV. Modus temporalis.

1. Temporalis per particulas. — 2. Temporalis per participium. — 3. Temporalis per gerundium.

1. Temporalis per particulas.

* 369. *Subjunctivae temporales constant ex quatuor vocibus: prima ex praesente vel imperfecto (a); altera ex perfecto vel plusquamperfecto (b); tertia ex iisdem, quam prima, sed compositis ex participio futuro (c); quarta ex iisdem quam secunda, sed compositis sicut in tertia (d):*

a.

MART. Pupam se dicit Gellia, quum sit anus.

BRUT. AD CIC. Quum Megaram versus navigarem, coepi regiones circum circa prospicere.

PHAEDR. Athenae quum florarent aequis legibus, procax libertas civitatem miscuit.

b.

CIC. Quum Carthaginem deleveris, excides Numantiam.

PLAUT. Ubi senex senserit sibi data esse verba, virgis dorsum depoliet meum.

CIC. Quum in ejus viri copias se ingurgitavisset, exultabat gaudio.

c.

CIC. Quum Demosthenes dicturus esset, concursus audiendi causa ex tota Graecia fiebant.

VELL. Augustus, quum Tiberium missurus esset in Illyricum, processit in Campaniam.

LIV. Publilius, quum dimicaturus esset, concionem ad vocari jussit.

d.

CIC. Quum meus interitus nihil fuerit reipublicae profuturus, criminis loco putant esse quod vivam.

† 370. *Temporum harmoniam (a) negligunt qui historicō ritu ponunt praesens pro praeterito (b):*

a.

CIC. Quum essem Brundusii, litteras accepi.

CIC. Quae quum ita sint, dubitas abire?

CIC. Gabinius, quum respondere coepisset, ad extremum nihil negavit.

b.

LIV. Quum frequentem urbem vidissent, mirantur.

SALL. Quum de administrando imperio dissererent, Jurgurtha jacit oportere consulta rescindi.

CIC. Quum occidit Roscius, ibidem fuerunt servi.

371. *Sensus primarius induit aliquando formam secundariam:*

CIC. Jam hoc facere noctu apparabant, quum matres familiae repente in publicum procurrerunt.¹

CIC. Evolarat jam e conspectu quadriremis, quum etiam tum ceterae naves uno in loco moliebantur.

LIV. Hannibal jam subibat, quum repente Romani erumpunt.

372. *Quum fert saepe indicativum (a), maxime futurum (b):*

a.

CIC. An tu eras consul, quum in Palatio mea domus ardebat?²

VARRO. Quum apes jam evolaturaे sunt, consonant vehementer.

HOR. Non ego, avarum quum veto te fieri, vappam jubeo.

b.

CIC. Non facies fidem scilicet, quum haec disputabis.

CIC. Quum testes ex Sicilia dabo, quem volet ille, eligat.

CIC. Quum per valetudinem navigare poteris, ad nos, amantissimos tui, veni.

¹ H. e.: Quum hoc facere noctu apparent, matres familiae procurrerunt.

373. *Pro quum valet aliquando relativum:*

SALL. Pessime omnium et impudentissime, tibi egestas civium curae est, cui nihil sit domi nisi armis partum.¹

CIC. Quamquam quid ego te invitem, a quo sciam esse praemissos, qui tibi praestolentur?²

CIC. Qui ab adolescentia quaestum sibi instituisset sine impendio, mediocri quaestu contentus esse non poterat.

374. *Denique ponitur quum pro ex quo (a) vel in quo (b) temporalibus:*

a.

CIC. Multi anni sunt, quum ille a me diligitur.

CIC. Aliquot anni sunt, quum te non vidi.

b.

CIC. Illucescit aliquando dies, quum tu inimicissimi benevolentiam desideres.

CAES. Fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute superarent.

2. *Temporalis per participium.*

* 375. *Contracturus primam vocem (369, a), fac participium praesens concordet agenti subjunctivae, quod inveniatur in primaria (a); quodsi non inveniatur, efferes participium ablativo absoluto (b):*

a.

CIC. Aranti Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum.³

TAC. Cajum remeantem Armenia mors vel dolus oppressit.

NEP. Sic libertate utens nullas inimicitias gessit.

b.

CIC. Maximas virtutes jacere necesse est, voluptate dominante.

¹ H. e.: Quum tibi nihil sit domi....

² H. e.: Quid ego te invitem, quum sciam abs te praemissos....

³ H. e.: Quum Cincinnatus araret, nuntiatum est ei....

TAC. Vivere ego, Britannico *potente* rerum, poteram?
 TER. Nescio quid *absente* nobis¹ turbatum est domi.

376. Temporem verbi **sum** contrahes, suppresso verbo et facta praedicati cum supposito concordantia (a), quae fiet in ablativo (b), si suppositum subjunctivae nullum fuerit in primaria:

a.

SALL. *Mihi* studium fuit adolescentulo capessere rem publicam².

CIC. Hujus *ego alienus* consiliis usus sum; *tu* sororis *filius* ecquid ad eum de republica retulisti?

CIC. *Furius puer* didicit, quod discendum fuit³.

b.

PHAEDR. Ovem rogabat cervus modicum tritici, *lupo* sponsore.

LIV. Sub ortum ferme lucis, *nullo obvio*, in forum veniunt.

NEP. Cicero ea quae, *vivo se*, acciderunt, futura praedixit.

377. Si deerit suppositum, cui praedicatum haereat, efferri hoc solet absolute:

LIV. *Incerto* prae tenebris quid peterent, foede interierunt.

TAC. Juxta *periculoso* facta seu vera promeret, monuit Liviam.

LIV. Ad Pluvinam est progressus, nondum *comperito* quam regionem hostes petissent.

378. *Ablativus absolutus usurpatur aliquando*, etiamsi agens subjunctivae reperiatur in primaria:

OV. Lacrymas quoque saepe notavi, me lacrymante, tuas⁴.

PLAUT. Meas *mihi* ancillas, *invito me*, eripuisti.

SEN. Populo teste fieri credam, quidquid *me conscientio*, faciam.

¹ Archaismus, pro *absentibus* nobis.

² H. e.: Quum ego essem adolescentulus, *mihi* fuit studium....

³ H. e.: *Furius*, quum esset *puer*....

⁴ H. e.: Quum ego lacrymarer, notavi....

* 379. Altera vox (369, b) ita contrahitur in participium praeteritum, ut hoc haereat patienti subjunctivae, quod reperiatur in primaria (a); si non reperiatur, effertur participium ablativo absoluto (b):

a.

TER. Verberibus *caesum* te in pistrinum dabo.

SALL. *Laudatum* magnifice pro concione Jugurtham in praetorium abduxit¹.

HOR. Siquis emat citharas, *emptas* comportet in unum, amens dicatur.

b.

HIRT. Utrimque, *acie instructa*, processum est ad dimicandum.

PLAUT. Pallam ad phrygionem fert, *vino epoto* et *parasitio excluso* foras.

HOR. Invidiam placare paras, *virtute relicta*?

380. Si patiens nullum fuerit, participium absolute effertur:

CURT. Alexander, *audito* Darium movisse ab Ecbatanis, fugientem insequi pergit.

TAC. Nec ultra *exspectato* quam dum Claudius proficeretur, cuncta nuptiarum solemnia celebrat.

TAC. In ejus transgressu, multum *certato*, pervicit Barbanes.

† 381. In deponentibus participium praeteritum concordat agenti subjunctivae, quod reperiatur in primaria (a); si non reperiatur, efferves participium ablativo absoluto (b):

a.

LIV. Cumanae cohortes arte *usae* declinavere paullulum.

CAES. Hanc *adepti* victoriam in perpetuum se fore victores confidebant.

¹ H. e.: Quum laudavisset Jugurtham, abduxit *eum* etc.

CIC. Majores res scribere *ingressos* e cursu ipso revocavit voluntas tua.

b.

SALL. Dein milites Bocchi, Sulla omnia *pollicito*, dies quadraginta opperiuuntur.

LIV. Castris Romanis Sempronius praerat, dictatore *protecto* Romam.

PHAEDR. Mus escam putans assiluit et compressus occubuit neci; aliquot *sequutis*, venit et retorridus.

* 382. *Tertia vox* (369, c) *sic contrahitur in participium futurum, ut hoc haereat agenti subjunctivae, quod inveniatur in primaria (a); si non inveniatur, effertur participium ablativo absoluto (b):*

a.

PLIN. Ciconiae *abiturae* congregantur in loco certo.

CURT. Regem in eodem cornu *dimicaturum* tria milia delectorum equitum sequebantur.

VELL. Brutus impetravit a Stratone, ut manum *morituro* commodaret sibi¹.

b.

PLIN. Rex apum, nisi agmine *migraturo*, foras non procedit.

MART. Caesare *venturo*, Phosphore, redde diem.

LIV. Securus admodum de bello erat, tamquam non *transituri* in Asiam Romanis.

3. Temporalis per gerundium.

* 383. *Prima vox, si causam vel modum significet, efferriri potest gerundio ablativo, sive activo (a) sive passivo (b) sive adjectivo (c):*

a.

SALL. Romani, bella ex bellis *serendo*, magni facti sunt.

¹ Cum *patiente* sit in *dus*: HOR.: Disce *docendus* adhuc, quae censem amiculus.

CIC. Quos *fovendo* in communi causa retinere potuerunt, *invidendo* abalienarunt.

CIC. Omnia torquenda sunt ad commodum suae causae, sua diligenter *enarrando*.

b.

LUCR. Annulus in digito subter tenuatur *habendo*¹.

VIRG. Pinguis tellus picis in morem ad digitos lentescit *habendo*.

VIRG. Frigidus in pratis *cantando* rumpitur anguis².

c.

CIC. Vester populus sociis *defendendis* terrarum jam omnium potitus est.

CIC. Qui male *gerendo* negotio in vetere aere alieno vacillant.

CIC. Desiderium litteris *mittendis accipiendisque* leniam.

* 384. *Utinur etiam gerundio cum inter, si utriusque verbi actio simul producatur:*

LIV. Ipse *inter spoliandum* corpus hostis veruto percussus exspiravit.

VAL. MAX. Sulpicio *inter sacrificandum* apex e capite prolapsus est.

PLAUT. *Inter rem agendam* istam herae respondi, quod rogabat³.

V. Modus correlativus.

* 385. *Correlativus modus constat particulis tam, adeo, talis, tantus et aliis ejusmodi, quae adsciscunt ut cum subjunctivo:*

TER. Ita comparata est hominum natura, ut aliena melius judicent quam sua.

¹ H. e.: *Quum habeatur.*

² H. e.: *Quum cantetur seu incantetur ipse anguis; agit enim eo loco poeta de virtute carminum ad incantandum.*

³ De natura ususque gerundiorum dixi in n. 127 et sqq.

CIC. *Tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse fuerit vomere postridie.*

CIC. *Eo facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita.*

386. Particulas tam, adeo, sic saepe omittunt:

NEP. *Atticum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit.*

NEP. *Epaminondas fuit discretus, ut nemo Thebanus ei par esset.*

CIC. *Collocabuntur verba, ut inter se quam aptissime cohaereant.*

387. Pro particula priori ponitur aliquando pronomen:

LIV. *Me in eam necessitatem adduxit, ut reipublicae mihi obliviscendum sit.*

CIC. *Hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem.*

CIC. *Id aetatis jam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus.*

** 388. In locum particulae ut succedit saepe relativum:*

CIC. *Nunc intelligo neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam.*

CIC. *Nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio¹.*

CURT. *Nec ulla tam firma moles est, quam non excidant undae.*

389. Si consequatur negatio, ponitur ne (a), ut ne (b), ut non (c):

a.

LIV. *Ita admissi in urbem sunt, ne tamen eis senatus daretur.*

CAT. *Ita aedifices, ne villa fundum quaerat neve fundus villam.*

¹ H. e.: *Ut ejus mentem.*

PLIN. *Pudori candidatorum ita consulisti, ne ullius gaudium alterius tristitia turbaret.*

b.

NEP. *Adeo veritatis diligens fuit, ut ne joco quidem mentiretur.*

CIC. *Ita possideto, ut Quinctio vis ne afferatur.*

CAES. *Tantum a vallo prima acies aberat, ut ne in ipsam tela adigi possent.*

c.

PHAEDR. *Descende, amice; tanta est bonitas aquae, ut non voluptas satiari possit mea.*

CIC. *Sunt ita multi, ut eos carcer capere non possit.*

CIC. *Usque eo morosi sumus, ut nobis non satisficiat ipse Demosthenes.*

390. Pro ut non, si primaria negaverit (212), ponere licet quin, expressa correlativa (a) vel suppressa (b):

a.

CIC. *Nemo est tam impudens istorum, quin agi secum praecclare arbitretur.*

PLAUT. *Haec pater quando sciet, numquam erit tam avarus, quin te gratis emittat manu.*

ENN. *Nemo est tam firmo ingenio, quin exalbescat metu.*

b.

PLAUT. *Non audeam profecto percontari, quin promam omnia¹.*

SALE. *Neque quemquam arbitror a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat.*

TER. *Numquam accedo, quin abs te abeam doctior.*

¹ H. e.: *Non audeam percontari, ita ut non promam.*

Appendices.

Appendix ad n. 84 et 86.

391. Si, coëntibus duabus tertiiis personis, fuerit periculum amphiboliae, praecepi referre *suis* ad eam personam, quae sit suppositum; *eius* ad eam, quae sit terminus. Quaeres utro pronomine utendum sit, quum tertiae personae erunt ambae supposita aut termini. Respondeo reciprocationem nullam fore, quum ambae erunt termini; quia reciprocatio est reversio ad suppositum. Quodsi tertiae personae erunt ambae supposita, ad utramcumque revertatur pronomen, ad eandem fit reciprocatio; quae, si fuerit *immediata*, fiet, ut praecepi in n. 78; si *mediata*, ut in n. 80.

392. Sed quia haec norma impar est vitandae amphiboliae, reciprocum usurpandum non est in sententia, ubi coëunt duo supposita, nisi ex adjunctis arguatur utri revocandum sit.

Scio equidem Sanctium in sua Minerva contendere sublatum iri amphiboliā, si reciprocum ad principale suppositum referatur; sed parum attendit:

393. «Duo ex relativis», inquit, «reciproca sunt *sui* et *suis*, quibus tantummodo utemur, quin verbi suppositum prius et principalius referimus; sed si nulla potest contingere ambiguitas, hoc pracepto non astringimur.» Quae iterat planius infra: «Regula», inquit, «sit, quam sequi omnino debemus: Quoties ambiguus poterit esse sermo, reciprocum ad *primum* et *principium* suppositum recurrat»¹.

¹ Et haec quidem pracepta plerique grammaticorum in suas artes retulerunt.

394. Et Quintilianum *caecutire* ait, qui Ciceronem arguit amphiboliae, quod reciprocum sic posuit, ut nesciretur ad priusne suppositum recurreret an ad alterum. Putavit igitur Quintilianus, id quod ego contendo, relationem reciproci ad *principale* non sufficere vitandae amphiboliae. Refellendus igitur est mihi hoc loco Sanctius:

395. Id praceptum (393) dat Sanctius ad vitandam amphiboliā; atqui eam non vitat; ergo vanum est. Nam si dixerō:

CIC. Hortensius ex Verre quaesivit cur *susos* familiares rejici passus esset¹,

quum *susos* redire possit ad utrumlibet suppositum (ad principale, ut in illo:

PHAEDR. Hirci indignari cooperunt, quod dignitatem feminae aequassent *suam*,
et ad secundarium, ut in illo:

SALL. Memmius populum monet, ne libertatem *suam* deserat),
sequitur amphibolia, nisi alicunde sensus discutiatur.

396. Neque id praceptum homo eruditus ex auctoribus hausisse dicendus est; nam auctores, contra quam Sanctio placet, referunt, si eis libuit, *sus* ad suppositum secundarium; *eius* ad principale, ut ostendi in n. 83, b et 80, b.

397. Dices fortasse talia me exempla eo loco citasse, in quibus sensus argueretur ex adjunctis; Sanctium vero contendere, si ex adjunctis sensus non arguatur, argui posse ex ipsa reciproci natura, cuius sit recurrere ad *principale* suppositum. Respondeo non esse eam reciproci naturam, ut recurrat ad *principale*, sed ad *suppositum*, sive principale sit (83, a) sive non (83, b). Neque me Sanctius ullis veterum exemplis convincere potest; nam, si talia proferat, in quibus sensus liqueat ex adjunctis, negabo liquere ex reciproci na-

¹ Apud CIC. liquet sensus ex adjunctis.

tura; quodsi ex adjunctis sensus non liqueat, non habebit unde me cogat referre *suis* ad principale. Enimvero reciproci natura aliunde cognosci non potest nisi ex veterum exemplis; ex iis autem hoc tantum conficitur reciproci esse recurrere ad *supposita*, sed non ad unum potius quam ad alterum; ergo in duorum congressu nescietur, nisi arguatur ex adjunctis, ad priusne referendum sit an ad posterius.

398. Immo vero reciprocum refertur ad secundarium suppositum *commodius quam ad principale*; nam considera haec duo:

1. CAES. Ariovistus ait neminem secum sine *sua* pernicie contendisse.

2. PHAEDR. Hirci indignari coeperunt, quod dignitatem feminae aequassent *suam*.

399. Vides in primo reciprocationem esse *inmediatam* (71, a), in altero *mediatam* (71, b); sed haec fit promiscue per *suis* ac per *eius* (80), illa autem difficulter fit per *eius*, commodissime per *suis* (78); ergo *commodius* ponitur *suis* in primo quam in altero; atqui in primo *suis* refertur ad secundarium, in altero ad principale; ergo *suis* refertur *commodius* ad secundarium quam ad principale suppositum. Ergo, si regulam fieri oporteret, contraria Sanctianae facienda fuit.

400. De reciproco autem personali *sui, sibi, se* potest disputari similiter, sed omitto plura afferre, quia satis multa attuli in n. 74 et sqq.; 90 et sqq.

401. Debeo etiam refellere Vallam, cuius pracepta adversantur iis, quae praecepi in n. 81, b. Homo eruditus damnat illud Virgilii: «Nutricem affata Sichaei (Dido); namque *suam* cinis ater habebat.» Quod ait esse poëticam *licentiam* vel operis *imperfectionem*. Sed haec est temeritas Vallae. Ceterum Virgilius eo loco posuit reciprocum, ut ponitur a plerisque omnibus: nam *suis* invenitur frequenter sine re-

ciprocatione: vel quod respicit suppositum *sine reversione* (a), vel quod refertur ad terminum (b) vel ad indefinitum (c) vel ad quidvis, de quo subauditur (d):

a.

CIC. Pactionem ipse et *suis* competitor fecisset.

CIC. Intelligit me ita paratum venire, ut in oculis omnium *sua* furta defixurus sim.

Ov. Consul tibi cetera dicet illo facta die, quum *sua* sacra canes.

SEN. Illud tempus, quod amant, breve est breviusque fit *suo* vitio¹.

PLAUT. Si illo advenerit, *suam* sibi rem salvam sistam.

PLIN. Vinea si marcuerit, sarmenta *sua* comburito.

CIC. Paetus omnes libros, quos frater *suis* reliquisset, mihi donavit.

CAT. Vinea si macra sit, sarmenta *sua* concidito.

b.

CIC. Oratorem educere ausus est et in majorum *suorum*² regno collocare.

CURT. Erat Dario mite ingenium, nisi *suam* naturam fortuna corrumperet.

Ov. Therphnaeo feci de sanguine florem, et manet in folio scripta querela *suo*.

CAES. Caesar expulso tribunos ad *suam* restituit dignitatem.

SALL. Cornelius et Varguntejus constituerunt Ciceronem domi *suae* imparatum confodere³.

CIC. Desinant insidiari consuli domi *suae*.

Ov. Respice Laertem, ut jam *sua* lumina condas.

PLAUT. Aliud quidvis impetrabit a me, quam ut non istum pro factis *suis* premam.

¹ Vitio amantium, non temporis.

² H. e.: Oratoris.

³ Ex iis, quae praecedunt, arguitur domum esse Ciceronis.

IN SALL. Quodsi istius vita memoriam vicerit, aliam non ex oratione, sed ex moribus *suis* exspectare debetis.

SALL. Nolite hunc judicare ex operibus *suis*.

c.

CIC. Honestius est alienis injuriis quam *suis* commoveri.

CIC. Habenda est ratio non solum *sua*, sed etiam aliorum.

CIC. Omnia torquenda sunt ad commodum *suae* causae.

CIC. Contentum esse *suis* rebus certissimae sunt divitiae.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

d.

PLAUT. Sufferet *sunt* servus poenas Sosia.

CIC. Haec omnia, isto praetore, civibus Romanis erupta: primum *suae* leges.

PLAUT. Ita forma simili, uti mater *sua* non internosse posset.

402. Neque contentus Valla carpsisse Virgilium, accusat soloecismi eos, qui dicunt: «*Sibi* cura est de republica». Non intelligit bonus magister damnari a se principes linguae, qui id pronomen saepius adhibuerunt sine reciprocatione. Exspecta paulisper:

COL. Poma ita dispone, ut scobs inter *se* calcari possit¹.

CIC. Ad illum scribas te nihil recordari de *se*.

CIC. Vos ex M. Fabonio audistis Clodium *sibi* dixisse peritulum Milonem triduo.

PLAUT. Jussit orare, si *se* amas, ut ad sese venias.

MART. Sis licet inde *sibi* tellus placata levisque.

PLAUT. Excruciat me herus, quia *sibi* non dixerim.

CIC. Annali litterae tuae pergratae fuerunt, quod curares de *se*.

CIC. Prius quam tu id *sibi* venderes, ipse possedit.

¹ Observa scobem esse assulas, quae inter poma ad calcandum inseruntur; quare plantum est reciprocum referri ad poma.

CIC. Agunt mihi gratias, quod *se* reges appellaverim.

CAES. Rhenum transire constituit, quod auxilia contra *se* Treveris miserant.

CIC. Ratio et oratio conciliat inter *se* homines.

403. Ne Alvarus quidem incastigatus mihi abibit. Quum praeceperisset vir doctissimus usum reciproci in reciprocatione mediata idque pluribus Ciceronis auctoritatibus ostendisset, subdit ad calcem litteris minoribus, quasi non esset tanti faciendum: «Utuntur aliquando scriptores, accedente altero verbo (id ego vocavi mediata reciprocationem) demonstrativis pro reciprocis». Quod ut ostendat, alium testem non assert praeter Quintilianum, qui est aetatis argenteae: »Nec ignoravit, quae *eum* manerent pericula». Quae discipuli quum legent, jure putabunt aureo aevo reciproca eo loco, non demonstrativa, posita fuisse. Quod est falsum; nam usus ille demonstrativi in honore fuit etiam aetate aurea. Audi principem aetatis aureae:

CIC. Titus nihil aliud egit nisi ut tu *eum* bonum virum judicas.

CIC. Verres Milesios navem poposcit, quae *eum* praesidiū causa Myndum prosequeretur.

CIC. Camillus scribit te cum *illo* loquutum esse.

CIC. Ligarius in provincia pacatissima ita se gessit, ut *ei* pacem esse expediret.

CIC. Nomen civium Romanorum, quantum in *ipsis* fuit, sustulerunt.

CIC. Vas factus est alter, ut, si ille non revertisset, morientum esset *ipsi*.[®]

CIC. Respondit se meruisse, ut amplissimis honoribus decoraretur, et ut *ei* cibus publice paeberetur.

CIC. Est vero fortunatus ille, cuius ex salute non minus fere ad omnes, quam ad *illum* ventura sit, laetitia pervenierit.

CIC. Homo, qui erranti comiti commonstrat *viam*, quasi de suo lumine lumen accendat; facit, ut nihilominus *ipsi* luceat, quum illi accenderit.

CIC. Neminem adeo infatuare potuit, ut *ei* nummum ullum crederet.

404. Addit Alvarus: »Dicimus: Cepi lupam et catulos *ejus*, non *suos*. Cur, Alvare? »Quia intercedit conjunctio», inquit. Atqui Cicero nihil metuit, intercedente conjunctione, ponere *suum*:

CIC. Oratorem educere ausus est *et* in majorum *suorum* regno collocare.

Talia etiam sunt in n. 401, a, exempla 1^{um} et 4^{um}.

405. Denique Valla non audet dicere: »Pythagoram venerabantur discipuli *ejus*». Tamen Cicero audet (79):

CIC. Metellum parum pudor *ipsius* defendebat.

Et alia passim.

Appendix ad n. 98.

406. De casu *mea*, *tua*, *sua*, qui datur verbis *interest* et *refert*, disputant, utrum sit accusativus an ablativus. Probabilis stat utrimque ratio, sed auctoritas potior pro ablativo. Alii quidem accusativum esse ajunt, quia *interest mea* videtur esse idem atque *est inter mea*; *refert meo* idem quod *refert negotia mea*. Alii malunt *interest mea* esse quasi *interest in mea re*; *refert mea* quasi *re mea fert*. Cui sententiae saepe favet ratio scribendi veterum. Auctoritas autem est potior pro ablativo, quia veteres Grammatici, inter quos Priscianus, affirmant esse ablativum. Neque ex numeris Plautinis aut Terentianis, qui afferuntur, potest quidquam extundi; quin versus illi comicorum, quae est eis versificandi libertas, utralibet quantitate constare possint.

Appendix ad n. 130.

407. Attractio gerundiorum in *di* non est admodum rara. Exempla novem attuli suo loco; si vis plura, ecce tibi:

PLAUT. *Nominandi* tibi *istorum* magis erit quam *edundi* copia.

CAES. Neque *sui colligendi* hostibus facultatem relinquunt.

CIC. Dolebis Stoicos nostros Epicureis *irridendi sui* facultatem dedisse.

LUCR. Timent, nequod ob admissum foede *poenarum* sit *solvendi* tempus adactum.

SUET. Eisdem epulum praebuit, permissa jocandi licentia *diripiendi* pomorum.

TER. Date crescendi copiam, *novarum* qui *spectandi* faciunt copiam.

PLAUT. Quoniam *tui visendi* est copia (ad feminam).

Appendix ad n. 212.

408. Evidem jam diu est quod anquiro de particula *quin*; quumque eam, praeeunte negatione, passim inveniam, nusquam reperio secus; itaque eam esse arguo hujus particulae naturam, ut exire in subjunctivam nequeat, nisi praecesserit negatio aut quidvis, quod pro negatione haberi possit.

409. Ex plurimis exemplis, quae concessi, exscribam singula in singulos orationum ordines:

In relativis:

PLAUT. Nunquam quisquam meorum majorum fuit, *quin* parasitando paverint ventres suos.

In prohibendo:

CAES. Docent *non posse* milites contineri, *quin* spe prae-dae in urbem irrumperent.

In abstinendo:

VELL. Nequeo temperare mihi, *quin* rem saepe agitatum animo, signem stilo.

In vitando:

NAEV. Nunquam hodie effugies, *quin* manu mea moriare.

In permittendo:

LIV. Non tulit senatus, *quin* sine mora voti liberaretur.

In suadendo:

PLAUT. *Nunquam* aedepol me quisquam exorabit, *quoniam* tuae uxori, uti gesta sint, eloquar.

In correlativis:

CIC. *Nunquam tam* male est Siculis, *quoniam* aliquid facete dicant.

In iisdem, tacito sic:

PLAUT. *Non audeam* profecto percontari, *quoniam* promam omnia.

In dubitando:

TAC. *Nec diu anquirendum, quoniam* Agrippina claritudine generis anteiret.

In eventu:

VIRG. *Nihil abfore credunt, quoniam* omnem Hesperiam sub juga mittant.

In convenientia:

PLAUT. Neque aequum videtur, *quoniam*, quod peccaverim, potissimum mihi id obsit.

In causulis:

CIC. Huic quantum credendum sit vide; *non quoniam* possint multi esse provinciales viri boni; sed id sperare licet, judicare periculosum est.

In iisdem aliter:

PLAUT. Ni istum cepi, *nulla causa* est, *quoniam* me condones cruci.

Cum non possum:

PLAUT. *Haud possum, quoniam* huic operam dem hospiti.

Cum nequeo:

PLAUT. Heu, heu *nequeo quoniam* fleam, quom abs te discedo.

In iisdem, adjecto *facere*:

CIC. *Facere non potui, quoniam* tibi sententiam declararem meam.

Atqui haec passim reperiuntur; nunquam secus.

410. *Mirum quoniam*, quia semper est ironicum, est quasi *non mirum quoniam*, sublata ironia¹:

PLAUT. *Mirum quoniam tua* me causa faciat Jupiter Philip-pum regem, trivenefica.

Quae dicta sunt ancillae ab hero; ergo sunt ironica; es-sentque, sublata ironia: Non est mirum quoniam (h. e. quod non) faciat me Jupiter regem, respectu tuo. Talia sunt cetera; saltem quindecim comoediarum Plauti, quum observassem, omnes locos, ubi scribit «*mirum quoniam*», semper vidi esse ironicos.

411. Est haec igitur, mihi crede, norma, quam sequi omnino debes; ut in oratione *secundaria* nunquam ponas *quoniam*, nisi praecesserit in primaria negatio aut quidvis, quod pro negatione habeatur. (212).

412. Atque hanc sententiam, quam nullo auctore ingressus eram, jam nactus Guardia et Wierceyschi, summa erudi-tione grammaticos, pergam fidentius tueri².

413. Video huic praeceptioni oppositum iri multorum auctoritatem, qui habentur litterati et non verentur dicere: «Feci hos versus, *quoniam* consulerem lexicon» «Veni ad te, *quoniam* me vocares» et similia. Sed in re comperta non moveor aliorum exemplo, praesertim illorum, qui, nulla fulti auctori-tate, vulgi consuetudine caece ducuntur³.

Appendix ad n. 222 et sqq.

414. Utrum omnis genitus sit possessionis, omnis dativus acquisitionis, disputant magna jactura temporis et exigua utilitate. Quae in utramque partem afferuntur, sunt probabili-a, sed ad usum scribendi nihil pertinent. Tu disse, quibus

¹ Aut, si mavis, esto exceptio regulae.

² «Cette particule (*quoniam*) suit une principale negative».

³ Nequid dissimilare videar, inveni apud Tacitum: «Veranins morte prohibitus est, *quoniam* bellum proferret». Sed hoc instar est corvi candidi.

locis ponendus sit genitivus, quibus dativus, et permitte philologis nomenclationem.

415. De pluribus etiam aliis controversiam faciunt: sintne verba neutra aliqua an nulla; interjectio sitne inter partes orationis computanda; utrum, quae in *u* vocantur supina, vocari potius debeant substantiva; utrum casus septimus admittendus sit; utrum ablativus, qui absolutus dicitur, ab occulta praepositione regatur; utrum gerundium nominativi nullum sit; utrum superlativa comparent.

Haec ego et alia id genus tractanda iis relinquo, quibus otiosis esse licebit.

Appendix ad n. 249.

416. Ponitur verbum impersonaliter, quem nulli supposito concordat; *ut tardet, pudet, iter, sedetur; pudicum est, itum est, ventum est*. Non dicimus *tu pudes* aut *taedes*; nec *tu iris, veniris, sederis*; nec *puditus es, itus es, sessus es*. Quare Cicero, qui dixit: «Occurrunt nobis a doctis», non dixisset: *Occurrimur nos a doctis*; quia voce activa non dicitur *docti occurruunt nos, sed nobis*.

417. Cognatae significationis vocantur illae voces, quarum notio similis est seu cognata, *ut: dormio somnum; vivo vitam aut aetatem; eo iter; pugno pugnam; servio servitutem*. Quumque verba neutra solos accusativos cognatae significationis admittant in voce activa, iis solis concordant in passiva. Quare dices passive: *vivitur aetas; dormitur somnus; pugnatur pugna et alia ejusmodi*. Sed non dices: *vivitur dominus, dormiuntur sex horae*. Tamen Ovidius dixit: *noctes vigilantur amarae*. Et participium passivum neutrorum audacius concordaverunt alii. Rem *cohaesam* dixit Gellius; *oceansam* Plautus; *recessam* Vitruvius; *decretam* (*a decresco*) Plinius; *discessam* Caelius; sed haec sunt monstra.

Appendix ad n. 301.

418. Ne illa tibi constructio rara fortasse videatur, exscribam aliquot exempla ex plurimis, quae collegi:

PHAEADR. Fruere, *quae laudas, canis*.

VIRG. Vinxerat et post terga manus, *quos mitteret umbras inferias*.

PLAUT. Perdormisco, si resolvi argentum, *cui deboeo*.

CIC. Habet populus Romanus, ad *quos gubernacula reipublicae deferat*.

CIC. Nego esse jus, *qui miles non sit, pugnare cum hoste*.

CIC. Dicunt contra, *quibus invitissimis imperatum est*.

CAT. Salicem circum arundinetum serito, ut sit *qui vineam alliges*.

LIV. Fuere *quos inconsultus pavor nando capessere fugam impulerit*.

PLAUT. Cupio dare mercedem, *qui illum commonstret mihi*.

CIC. Sunt apud *quos adstrictum dicendi genus plus fidei meretur*.

HIRT. Alteram insulae partem aggreditur Caesar, magnis praemiis propositis, *qui primum insulam cepissent*.

VELL. Mihi festinanti exprimere non vacat neque *cui vacat potest*.

419. Docet Alvarus antecedens et consequens ea lege taceri posse, ut alterum necessario exprimatur; quod est verum in illis antecedentibus, quae, si taceantur, non possunt subaudiri; in illis autem, quae subaudiri possunt, non est dubium, quin taceri possint. Ait Cicero: *Sunt homines, quos non pudet infamiae suae*. In qua oratione antecedens *homines* supprimi potuit in hunc modum: *Sunt quos non pudet infamiae suae*; sicut in illo Horatii: *Sunt quos curriculo pulverem collegisse juvat*.

Appendix ad n. 326.

420. Istiusmodi attractiones dativi sunt frequentiores, quam vulgo opinantur. Ne forte pauciores tibi videantur, quas suo loco attuli, afferam plures:

CIC. Licuit esse *otioso* Themistocli.

LIV. Illis licet esse *ignavis*.

PLAUT. Per hanc tibi coenam *incoenato* esse hodie licet.

- VELL. Mihi fratrique meo destinari *praetoribus* contigit.
 CAES. Licet illis *incolubus* discedere.
 TER. Animo impero esse *otioso*.
 HOR. *Mediocribus* esse *poëtis* non *dii* concessere.
 CIC. Cur esse *liberis* non licet?
 CIC. Ut tibi liceret *innocenti* vitam degere.
 LIV. Illis decurrere ex *Capitolio armatis* in hostem licuit.
 CLAUDIAN. Natura *beatis* omnibus esse dedit.
 OV. Vobis *inmunibus* hujus esse mali dabitur.
 HOR. Mutatis discedite partibus; atqui licet esse *beatis*.
 OV. An magis *infirmo* non vacat esse mihi?
 OV. Jovis esse *nepoti* contigit hoc uni.

Appendix ad n. 330.

421. De verbis *intellectus* et *linguae* non convenit inter praeceptratores. Valla in suis *Elegantis* laudat usum particulae *quod*. «Verbis», inquit, «opinionis et scientiae damus indicativum cum *quod*: *Opinor, quod pater tuus aut mortuus est aut graviter aegrotat.*» Quam sententiam sequuntur Erasmus et Perizonius. Contra Sanctius in *Minerva*: «Nihil est», inquit, «tam barbarum apud Latinos, quam *dico quod, intelligo quod*». Tu tene medianam viam et maxime barbarem ne dixeris eam constructionem, qua usi sunt aliquando idonei auctores (330, b).

Appendix ad n. 331.

422. Cave permiscueris particulas *aut, vel, ve* et *an, utrum, ne* (encliticam); illae in absolutis, hae in conjunctivis usurpantur. Quare dices quidem: accepi binas *vel* ternas litteras; sed non: nescio *utrum* acceperim binas *vel* ternas; immo: binas *an* ternas.

423. Neque objicias mihi illa:

CIC. Qui ignorans albus aterve fueris . . .; nam in editione Lipsiana, quae est omnium accuratissima, legitur: albus aterne.

Item illa:

NEP. Quum interrogaretur, utrum patrem matremve pluris faceret: matrem, inquit.

HOR. Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos, majora minorave fama?

HOR. Quid interest in matrona, ancilla, peccesve togata.

CAES. Neque interesse ipsosne interficiant impedimentive exuant.

De quibus consului accuratissimas editiones et inveni non *ve*, sed *ne*.

Appendix ad n. 336.

424. Docent vulgo verbum *jubeo* alium modum non ferre praeter infinitivum, quod est aperte falsum. Attuli suo loco exempla satis multa; sed si vis plura, ecce tibi:

LIV. Senatus jussit, *ut* classem in Italiam *trajiceret*.

TAC. Eis jusserset, *ut* instantibus *resisterent*.

CAES. Militibus suis jussit, *ne* qui eorum *violarentur*.

OV. Ea se in *praecordia condat* sacrilegi jube.

HIRT. Quod ne *fieret*, consules jusserunt.

VIRG. Jubeto, *ut certet* Amyntas.

OV. *Rescribat* multa jubeto.

PLAUT. Jube famulos rem divinam mihi *apparent*.

TAC. Britannico jussit *exsurgeret* et cantum aliquem *inciperet*.

APUL. Ae grum jubebat, *uti sit* animo bono.

LIV. Onerati promissis *jubentur*, *ut* fidem popularibus facerent praedandi causa se urbe egressos.

SUET. Vitellius jubebat intra kalendas octobres urbe Italiaque mathematici *excederent*.

LIV. Jussit, *ut* quae venirent naves, Euboeam *peterent*.

APUD GELL. Velitis jubeatis, *uti* L. Valerius L. Titio jure leque filius *siet*.

Appendix ad n. 347.

425. «Timeo *ut non*» probatur Annotatori Nebrissensi et Sanctio; quorum alter vult valere pro «timeo *ne*»; alter,

pro «timeo ut». Neutri assentior, quia «timeo ut non» videtur non inveniri apud auctores classicos.

426. Venio ad Annotatorem. Docet homo eruditus dicendum esse «timeo ne», quum «timentur fugienda», subditque infra: «timeo ut non» esse idem, quod «timeo ne»; ergo «timeo ut non» dicitur, etiam quum «timentur fugienda»; ergo, quum opinantur dixisse Ciceronem: «Vereor, ut hoc non perinde intelligi auditu possit, atque ego cogitans sentio¹, posse intelligi» erat aliquid fugiendum Ciceroni; quod est aperte falsum.

427. Neque plus momenti videtur habere opinio Sanctii; nam absurde contenditur idem esse «timeo ut» quam «timeo ut non». Deinde exemplorum, quae affert Sanctius habentia ut non, alia egomet vidi in optimis libris sine non; cetera Perizonius discussit.

¹ In optimis libris deest non.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

NOEV
LIOTE